


Inscriptiones
Graecae
IX / 1 / 1

INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE
ACADEMIAE LITTERARVM BORVSSICAE
EDITAE

VOLVMINIS IX PARTIS I EDITIO MINOR
FASCICVLVS I

BEROLINI APVD GVALTERVM DE GRVYTER ET SOCIOS
MCMXXXII

INSCRIPTIONES GRAECIAE SEPTENTRIONALIS

VOLVMINIBVS VII ET VIII NON COMPREHENSAE

CONSILIO ET AVCTORITATE
ACADEMIAE LITTERARVM BORVSSICAE
EDITAE

PARS I
INSCRIPTIONES PHOCIDIS LOCRIDIS AETOLIAE
ACARNANIAE INSVLARVM MARIS IONII

FASCICVLVS I

INSCRIPTIONES AETOLIAE

EDIDIT
GVENTHERVS KLAFFENBACH

BEROLINI APVD GVALTERVM DE GRVYTER ET SOCIOS
MCMXXXII

Berolini 1977

Impressio altera lucis ope perfecta impensis
Walteri de Gruyter et Soc.

ISBN 3 11 004886 8

PRAEFATIO.

Cum anno 1911 Academia consilium inisset Inscriptionum Graecarum voluminis IX parti priori inscriptiones Phocidis Locridis Aetoliae Acarnaniae insularum maris Ionii continenti, quae a. 1897 a Guilelmo Dittenberger edita erat, supplementum addendi, quod praeter titulorum incrementum, quos imprimis Thermi fanum a Soteriade prospero eventu effodi coeptum suppeditaverat, indices diu desideratos praeberet, promptissimis animis non solum Soteriades sed etiam Rhomaios operam suam sunt polliciti. Ita hic quidem ab Academia rogatus annis 1912 et 1913 ectypa titulorum Thermi inventorum necnon aliorum ex Acarnania et Corcyra oriundorum misit eaque delineationibus et notis diligenter instructa. Conficiendi autem supplementi munus Ottoni Weinreich a. 1913 mandatum est. Qui per sex annos haud parva sane et cura et diligentia adhibita impigre in legendis illis ectypis sudavit, donec munere magistri academici magis magisque distentus necessarium putavit ab opere recedere. Sudavit Weinreich, sudavi ego quoque, postquam praeceptor carissimus Udalricvs de Wilamowitz-Moellendorff me dignum iudicavit, qui opus incohatum absolverem. Corrosiores enim sunt plerique tituli Thermii, quam ut sola ectyporum ope satis certo legi possint, atque scripserat iam Rhomaios: 'μερικαὶ ἐπιγραφαὶ εἶναι τόσον ἐφθαρμέναι, ὥστε νὰ χρειάζωνται μεγάλην γερμανικὴν ὑπομονὴν διὰ νὰ ἀναγνωσθοῦν.' Quod erat eo gravioris momenti, quia permulti tituli primum edendi essent, siquidem Soteriades nonnisi partem publici iuris fecerat. Quae cum ita essent, opus susceptum maius fuisset meis quoque viribus, nisi facultas mihi data esset itinere in Graeciam facto a. 1926 lapides ipsos, quotquot quidem Thermi Athenisque in museis asservantur et in vicis *Mokista* et *Kryonero* exstant, quam diligentissime examinandi. Gratissimo autem animo memini Graecorum cum hominum doctorum, quantopere omni modo me adiuverint, imprimis Rhomaios, tum civium vici *Kephalovryso*, qui eximio Hercle hospitio me exceperunt, praeter ceteros Aristides Tsunes, custos musei Thermii. Atque id quoque praedicare mihi cordi est haud exiguam partem illius laboris satis difficilis minutam fuisse eis, quae Weinreich praeparaverat.

Nimium autem temporis interea praeterierat. Itaque ne editio Thermiorum titulorum, qui illius cogitati supplementi et plurimi erant et gravissimi, ulterius iusto differretur, adnuente Wilamowitzio non supplementum dare sed editionem minorem quae dicitur conficere constitui eamque duos fasciculos comprehensuram, quorum prior solas inscriptiones Aetoliae, alter reliquarum regionum contineret. En habes nunc fasciculum priorem. Quem in formam 'Corporis Aetolici' redigere studui, ita quidem ut omnes Aetolorum titulos, quotquot non solum in Aetolia ipsa sed etiam extra Aetoliam inventi sunt, receperim praemissis fastis propter auctoritatem, qua Aetoli inde a saeculo quarto exeunte usque ad iniens alterum valebant, quam locupletissimis. Oportuit sane etiam alios quosdam titulos hoc fasciculo recenseri, imprimis Naupactiorum, nisi altero repetendi fuissent (unum titulum nr. 206 excipiendum putavi). Scilicet in fastis tantummodo homines ex Aetolia ipsa oriundi commemorati sunt, non igitur e. gr. Γεννάδας Λύκωνος Αἰτωλὸς Μελιταιεύς (IG XI 4, 643) alii. Quod vero ad difficilem saec. III a. Chr. chronologiam attinet, in Delphicorum quidem archontum annis definiendis, de quibus conferas quaeso etiam tabulam hieromnemonum Aetolorum, paucis exceptis eos calculos adoptavi, quos R. Flacelière magna et diligentia et prudentia subduxit (eius scripta p. LIII enumerata habes). Probabilissimi

enim mihi quidem videntur neque refutati eis, quae nuperrime Robert, Segre, Dinsmoor disputaverunt; de illis vide add. ad nr. 194, de huius libro *The archons of Athens*, cuius capite IX etiam archontes Delphici saec. III a. Chr. tractantur, egi in censura, quam I. Kirchner propediem in ephemeride *Gnomon* publici iuris faciet. Denique de tabula geographica Aetoliae et titulorum imaginibus photographicis. Quae quod huic fasciculo additae non sunt, haud iniuria mireris, sed dissuasit, ne facerem, Wilamowitz, qui recte monuit, cum de situ multorum locorum non constaret, tabulam fore fallaciorem, imaginibus autem titulorum propterea opus non esse, quod formae litterarum vulgares essent aetatis hellenisticae. Ceterum imagines, si quae exstant, in lemmata relatae sunt atque complurium vetustiorum titulorum invenies delineationes.

Restat officium nobilissimum gratias agendi eis viris doctis, qui huius fasciculi fautores et adiutores fuerunt. Inter quos primus locus iure meritoque debetur ex iis, quae supra enarravimus, Ottoni Weinreich et Rhomaio, qui quasi fundamenta operis iecerunt. Nec minus grato animo nomino Fridericum Hiller de Gaertringen, Iohannem Kirchner, Ericum Preuner, probatissimos mihi et praeceptores et amicos, qui ut numquam mihi opera et consilio defuerunt nec certe deerunt, ita in hoc quoque opere conficiendo omni modo pro viribus me adiuverunt atque mecum typothetarum plagulas, qua sunt diligentia, correxerunt. Vellem sane in hac communione carissima etiam Ioh. Pomtow enumerandus fuisset, sed etsi mihi ipsi operam suam exoptatissimam ut voluit praebere non iam potuit, praebuit certe etiamtunc Ottoni Weinreich, ita ut illius quoque viri docti nomen hic esse commemorandum valde gaudeam. Neque tamen in rebus Delphicis auxilio carui; libentissimo enim animo testificor, quam obvia voluntate R. Flacelière et L. Robert mihi operam suam commodaverint, de titulis Delphicis me edocuerint, libellos miserint. Atque etiam M. Holleaux eximia ut solet comitate officia utilissima mihi praestitit. De nummis vero Aetolorum H. Gaebler, collega academicus, diligentia satis nota me certiorem fecit. His igitur viris doctissimis adiuvantibus aliisque, quos suis locis laudatos invenies, confectum spero hunc fasciculum utilitatem qualemcumque allaturum esse. Afferet autem summam, si ex eo apparebit, quantopere sit optandum, ut Thermi fanum diutius neglectum effodiendum curetur totum.

Sic novum Inscriptionum Graecarum volumen editur, sed id ultimum, cuius patronus fuit Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff. Non est huius loci praedicare, quid hic vir vere praestantissimus per triginta fere annos Inscriptionibus Graecis, quid mihi ipsi fuerit, nec si esset, satis dignis verbis profiteri possem. Id tamen pronuntiandum est, quantum ei hoc quoque volumen debeat. Qui Ottoni Weinreich et mihi, quoquo modo poterat, et consilium et operam praebuit et ex vasta suae eruditionis copia haud pauca nobis suppeditavit, quin etiam omnia, quae manu scripseram, ipse perlegit doctrinaque auxit nec plagulas plerasque revisere dedignatus est. Itaque ut maereo ac lugeo hoc esse volumen ultimum, quod tanta cum diligentia curaverit, sic gaudeo, quod meum est. Summum autem praemium laboris acceptum refero, quod magister opus meum comprobavit.

Berolini die XXVII mensis Decembris a. MCMXXXI.

Gventhervs Klaffenbach.

HOC FASCICVLO CONTINENTVR:

PROLEGOMENA.

I. FASTI AETOLICI.

ante ± 2000. Etiam in Aetolia olim eosdem incolas fuisse atque in reliqua Graecia et insulis maris Aegaei, cognatos illos quidem gentibus Asiae, Cares, ut breviter dicere consuevimus, cum per se patet tum nomina Ἀράκυνθος (*RE* II 377), Ταφιασσός (Woodhouse Aetolia 64), Καλυδών, alia comprobant, cf. P. Kretschmer *Einl. Gesch. gr. Spr.* 402. 405; A. Fick *Vorgriech. Ortsnamen* 86/7. Quin etiam nomen Αἰτωλοί ipsum fortasse illis vindicandum est, cf. Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 730 not. 2. — Vestigia vero huius aevi ex terra ipsa, quam sane archaeologi nequaquam satis sunt perscrutati, adhuc quidem in lucem non prodierunt.

inde ab a. c. 2000 usque ad a. c. 1200. Graeci a septemtrionibus in Haemi paeninsulam sensim progrediuntur diuturnisque proeliis domini Graeciae fiunt, atque ita quidem, ut primi advenerint Iones-Aeoles (Achaei), sive eodem fere tempore (Wilamowitz *Glaube d. Hellenen* I 63) sive alteri aliquanto post alteros (Kretschmer *Glotta* I 1909, 9 ss., *Sprache* [apud Gercke-Norden I 6] 75). Hi Graeci sunt illi, quibus ut alibi sic etiam in Aetolia reliquiae aetatis Mycenaicae tribuendae sunt. Repperit enim Soteriades in arce Calydonis Mycenaica et rudera et vasorum fragmenta, cf. Πρακτικά 1908, 99. Graviora autem et ampliora sunt ea, quae Soteriades et post eum Rhomaios Thermi effoderunt, cf. Soteriades Τὰ ἐλλειψοειδῆ κτίσματα τοῦ Θέρμου, ἐν Ἀθήναις 1909 et imprimis Rhomaios Ἐκ τοῦ προϊστορικοῦ Θέρμου = Δελτ. I 1915, 225—279. Infra enim et circa Apollinis templum, quod exeunte saec. VII exstructum est ('κατὰ τὰ 620' Rhom. l. c. 251), inventa sunt multa aedificia vel potius casae et parvae et magnae, pleraeque autem ovatae. Quarum antiquissimas (τὰ σύγχρονα πρὸς τὸ μέγαρον Α κτίσματα) εἰς τοὺς ὑστερομυκηναϊκοὺς χρόνους, μετὰ τὸ 1350 π. Χ. δηλ., pertinere docent vasorum fragmenta aliaque, cf. Rhom. Δελτ. II 1916, 185 et IV 1918 παράρτ. 32. Sed ὑπὸ τὸ μέγαρον Α, τὴν οἰκίαν Β καὶ ἀλλαχοῦ ἐβεβαιώθη διὰ τῶν ξυλοπλέκτων ἐν μέρει ὑπογείων καλυβῶν καὶ ἀρχαιοτέρα περίοδος (Rhom. Δελτ. I 1915, 274). Porro ad hos Graecos pertinent veteres illi heroes Idas, Marpessa (utrumque nomen barbarum videtur), Oeneus, Meleager, Tydeus, cf. Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 730. Ex oppidis illorum Aetolorum apud Homerum nulla nisi Πλευρών (quod nomen Graecum est, cf. Fick *Vorgr. Ortsnam.* 87; Wilamowitz l. c. 730 not. 2 et *Glaube d. Hell.* I 61 not. 1) et αἰπεινὴ Καλυδών commemorantur (N 217. Ξ 116).

inde ab a. c. 1200 usque ad med. saec. V. Cum saec. XIII Illyrii in meridiem versus prorumperent (cf. Patsch *Jahresh.* X 1907, 169 ss.; Wilcken *Gr. Gesch.*² 38. 40), eae Graecorum gentes, quae in interioribus partibus Haemi paeninsulae et in Epiro habitaverant, alias sedes petentes emigrabant et plerasque regiones Graeciae occupabant, priores illos Graecos vel expellentes vel subigentes. Quae gentes, quae ab ultimis invasoribus, Doribus, distinguendae sunt, communi quodam nomine carent; hodie plerumque '*Nordwestgriechen*' nominantur ('*die zweite Schicht*' Wilamowitz *Glaube d. Hell.* I 67). Scilicet etiam in Aetoliam invaserunt, atque cum alibi memoria horum exitiabilium bellorum exstincta esset, hic eam antiquissima illa fabula Meleagri servavit, de qua vide Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1925, 214 ss.; est igitur primum testimonium historiae Aetolorum. Narrantur enim proelia de Calydone inter Aetolos et Curetes commissa, cf. Ι 529 ss.:

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι
ἀμφὶ πόλιν Καλυδῶνα καὶ ἀλλήλους ἐνάριζον,
Αἰτωλοὶ μὲν ἀμυνόμενοι Καλυδῶνος ἐραννῆς,
Κουρῆτες δὲ διαπραθέειν μεμαῶτες Ἄρηϊ.

Sane de Curetibus non satis constat (cf. *RE* XI 2202/3), sed cum nomen Graecum sit (Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 730 not. 2 et *Glaube d. Hell.* I 129) et id ex Iliadis versibus appareat Curetes invasores fuisse — eos oppidum Pleuronem incoluisse posteriores demum narrant —, probabile videtur eos intellegendos esse eosdem atque Aeoles, quos Ephorus (apud Strab. X p. 464, cf. etiam IX p. 423. X p. 465) memoriae prodidit una cum Boeotis ex Thessalia venisse atque Aetoliam occupasse, siquidem Curetes vicerunt, Aetoli emigraverunt (Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1925, 215; *Glaube d. Hell.* I 61 not. 1)[1]). Atque revera hos Aeoles non esse fictos et commenticios (W. Hohmann *Aitolien u. d. Aitoler bis z. lamischen Kriege* [diss. Hal. 1908] 9) probat Thucydides, qui auctor est saec. V etiamtum regionem

Calydonis et Pleuronis Αἰολίδα nominatam fuisse (III 102,5 τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην, Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ τὰ ταύτῃ χωρία); quin etiam saec. IV Aeoles commemorantur, qui cum Aetolis de Calydone certant (schol. B ad B 494, cf. infra ad a. 366). Aeolum autem nomen inde originem duxit, quod heroes illorum '*Nordwestgriechen*' non solum in Aetolia sed etiam alibi apud Hesiodum in Aeoli stemmate intexti sunt, cf. Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 730/1 et *Glaube d. Hell.* I 65—67.

[1]) Hyantes quoque, de quibus Apollodorus verba fecit (Ἀπολλόδωροϲ δ' εἴρηκεν ἐκ τῆϲ Βοιωτίαϲ ἐπελθόνταϲ Ὕανταϲ ἱϲτορεῖϲθαι καὶ ἐποίκουϲ τοῖϲ Αἰτωλοῖϲ γενομένουϲ Strab. X p. 464; idem iam Phrynichus poeta in tragoedia Πλευρώνιαι narraverat, cf. Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 730 not. 1), probabiliter eidem habendi sunt cum illis Aeolibus, cf. Wilamowitz l. c. 730; Ed. Meyer *Gesch. d. Alt.* II² 1, 263 not. 1.

Denique, incertum quanto post (fortasse c. a. 1000), tertium invasores in Aetoliam se effuderunt, homines feri ac barbari, qui ex Epiro veniebant, sc. Illyrii (Kretschmer *Einleitung* 254 ss.; Fick *Vorgr. Ortsnam.* 142/3; Ed. Meyer *Gesch. d. Alt.* II² 1, 271/2; Wilamowitz *Glaube d. Hell.* I 51; obloquuntur Hohmann l. c. 38 ss. et Beloch² I 2, 37), cf. verba regis Philippi apud Polyb. XVIII 5, 8: αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν οὐκ εἰϲὶν Ἕλληνεϲ οἱ πλείουϲ· τὸ γὰρ τῶν Ἀγραῶν ἔθνοϲ καὶ τὸ τῶν Ἀποδωτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἔϲτιν Ἑλλάϲ, et vide infra de Eurytanibus. Neque tamen totam terram occupare potuerunt, sed ora maritima a Graecis obtenta est. Itaque etiam in navium catalogo Graeci, qui vetere nomine epico Aetoli appellantur, domini oppidorum Pleuronis, Oleni, Pylenae, Chalcidis, Calydonis sunt (B 638 ss.). Eleos vero cognatos Aetolorum fuisse non solum fabulae narrant sed etiam semper pro certo putabant veteres (cf. *RE* V 2380; Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 731/2) atque dialectus quoque comprobare videtur. Itaque coniecturam haud improbabilem esse existimo tum, cum Illyrii cum impetu in Aetoliam irrumperent, partem Graecorum sedibus pulsam trans mare in Peloponnesum invasisse et Elidem expugnasse, quam iam duobus fere saeculis ante alii '*Nordwestgriechen*' occupaverant.

Saeculis, quae usque ad saec. V a. Chr. sequebantur, factum est, ut Illyrii invasores magis magisque ad cultiorem vitae usum Graecosque mores deducerentur, seu extrinsecus seu coalescentes cum eis Graecis, quos subegerant, ita tamen ut quinto saeculo etiamtum Eurytanes (ὅπερ μέγιϲτον μέροϲ ἐϲτὶ τῶν Αἰτωλῶν) ἀγνωϲτότατοι γλῶϲϲαν καὶ ὠμοφάγοι essent (Thuc. III 94, 5) et omnino Aetoli reliquis Graecis μειξοβάρβαροι esse viderentur (Eur. Phoen. 138). Atque revera Aetoli per omnia fere tempora aliquid saevitiae et, ut ita dicam, barbariae retinuerunt (cf. Wilamowitz *Hellenist. Dicht.* I 35). Simul autem illis saeculis paulatim societatem quandam inierunt, priscum et quasi in terra haerens nomen Aetolorum, quod iam ab antiquissimis incolis ad primos Graecos transisse videtur, sibi assumentes (Wilamowitz *SB Ak. Berl.* 1921, 729; 1925, 215 not. 3 et *Glaube d. Hell.* I 51). Thermum autem iam perantiquo tempore caput quoddam et sacrorum publicorum et societatis factum esse ex effossionibus colligendum esse videtur. Neque vero hoc umquam fuit oppidum, et omnino diutissime habitabant Aetoli κατὰ κώμαϲ ἀτειχίϲτουϲ (Thuc. III 94, 4; cf. Swoboda *Wien. Stud.* XXXIV 1912, 37 ss.). Scilicet summopere Aetoli aditum ad mare petebant; itaque diuturna proelia eis fuisse cum 'Aeolibus', de quibus supra diximus, sumendum est. Certiora tradita non sunt, nisi forte huc est referendum, quod Strab. X p. 451 narrat: καὶ Ὤλενον δὲ καὶ Πυλήνην ὀνομάζει πόλειϲ ὁ ποιητὴϲ Αἰτωλικάϲ, ὧν τὴν μὲν Ὤλενον -- Αἰολεῖϲ κατέϲκαψαν, πληϲίον οὖϲαν τῆϲ νεωτέραϲ Πλευρῶνοϲ -- τὴν δὲ Πυλήνην μετενέγκαντεϲ εἰϲ τοὺϲ ἀνώτερον τόπουϲ ἤλλαξαν αὐτῆϲ καὶ τοὔνομα, Πρόϲχιον καλέϲαντεϲ. Videtur igitur (certe non ante saec. VII, quia in navium catalogo B 639 et Olenus et Pylene enumerantur) Olenus ab Aetolis capta quidem sed tum ab 'Aeolibus' diruta esse et Pylene propter situm ad defendendum iniquum in alium locum translata; frustra tamen, nam id sane constat 'Aeoles' reliquam quidem oram retinuisse sed Proschium amisisse, quod oppidum tempore belli Peloponnesiaci Aetolorum erat (Thuc. III 102, 5 ἐϲ τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην, Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ τὰ ταύτῃ χωρία, καὶ ἐϲ Πρόϲχιον τῆϲ Αἰτωλίαϲ). Sed etiam Corinthii oram Aetolicam obsederant; ut enim in Locridem (Molycriam) et Acarnaniam colonias deduxerunt, ita vetus oppidum Aetoliae Chalcidem ceperunt (Thuc. I 108, 5; II 83, 3). Quando hoc factum sit, incertum est, probabiliter iam saec. VII. Certe quantum inde ab hoc tempore Corinthii apud Aetolos (et 'Aeoles') valuerint, prae ceteris templa saec. VII et saec. VI Thermi et Calydone exstructa demonstrare satis notum est et ex titulis quoque apparet, cf. nr. 86. 149. 152. Postea etiam Athenienses in Aetolia consederunt; nam a. 455 (Busolt III 326 not. 1; a. 456 Beloch² II 2, 198) Ἀθηναῖοι Τολμίδου τοῦ Τολμαίου ϲτρατηγοῦντοϲ -- Χαλκίδα Κορινθίων εἷλον (Thuc. I 108, 5). Brevi post (probabiliter inter expeditiones Tolmidis et Periclis [453], cf. Pomtow *Jahrb. Philol.* 1896, 580; de paulo posteriore tempore cogitat Beloch² II 1, 174 not. 2) illud bellum inter Messenios Naupactum deductos et Acarnanes de Oeniadis fuit, cuius auctor est Paus. IV 25. Quo in bello Aetoli Messeniis favebant; nam hi ab Acarnanibus pulsi ἐπιλαμβανόμενοι τῆϲ Αἰτωλῶν ἐχόντων ϲφίϲιν ἐπιτηδείωϲ ἐϲ τὴν Ναύπακτον ἀναϲώζονται (Paus. l. c. § 10). Deinde autem inimicitiae inter Messenios et Aetolos ortae sunt, quia hi a. 426 Ναυπάκτῳ πολέμιοι ὄντεϲ dicuntur (Thuc. III 94, 3).

c. 460. Μέναιχμοϲ et Ϲοΐδαϲ artifices Naupactii statuam Dianae Laphriae Calydone cultae fecerunt, quae statua postea ab Augusto Patrensibus donata est; Paus. VII 18, 10, cf. H. Brunn *Gesch. Gr. Künstl.*² I 80.

426. Atheniensium Demosthene duce in Aetolos expeditio (Thuc. III 94, 3—98; cf. G. Soteriades *BCH* XXXI 1907, 272—302). Auctores erant Messenii illi Naupacti habitantes, qui propter inimicitias sibi cum Aetolis intercedentes Demostheni, qui tum triginta navibus in Leucadia res gerebat, persuaserunt, ut Aetolos aggrederetur. τὸ γὰρ ἔθνος μέγα μὲν εἶναι τὸ τῶν Αἰτωλῶν καὶ μάχιμον, οἰκοῦν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ, καὶ σκευῇ ψιλῇ χρώμενον οὐ χαλεπὸν ἀπέφαινον, πρὶν ξυμβοηθῆσαι, καταστραφῆναι. ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσιν, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν, ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσίν, ὡς λέγονται. τούτων γὰρ ληφθέντων ῥᾳδίως καὶ τἆλλα προσχωρήσειν (94, 4—5). Quibus ex verbis satis apparet tum temporis societatem Aetolorum qualemcumque fuisse, cuius non solum illae tres primariae gentes — duo pagi Ophionensium c. 96, 3 commemorantur: οἱ ἔσχατοι Ὀφιονέων οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς — sed etiam aliae (τἆλλα) participes erant (non Agraei, III 111, 4; cf. etiam ad a. 338); ceterum cf. de illius temporis finibus Aetoliae Salvetti *Ricerche storiche intorno alla lega etolica* (= *Studi di storia antica* II 1893) 95 ss.; Hohmann l. c. 15 ss.; Beloch *Klio* XI 1911, 446/7.

Profectus vero Leucade Demosthenes postquam διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν frustra Acarnanibus persuadere studuit, τῇ λοιπῇ στρατιᾷ, Κεφαλλῆσι καὶ Μεσσηνίοις καὶ Ζακυνθίοις καὶ Ἀθηναίων τριακοσίοις τοῖς ἐπιβάταις τῶν σφετέρων νεῶν, - - ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλούς. ὡρμᾶτο δὲ ἐξ Οἰνεῶνος τῆς Λοκρίδος. οἱ δὲ Ὀζόλαι οὗτοι Λοκροὶ ξύμμαχοι ἦσαν, καὶ ἔδει αὐτοὺς πανστρατιᾷ ἀπαντῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὴν μεσόγειαν. - - καὶ αἱρεῖ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Ποτιδανίαν καὶ τῇ δευτέρᾳ Κροκύλειον καὶ τῇ τρίτῃ Τείχιον (omnes vicos Apodotorum, de quorum situ cf. Soteriades l. c. 291/2), ἔμενέ τε αὐτοῦ καὶ τὴν λείαν ἐς Εὐπάλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψεν· τὴν γὰρ γνώμην εἶχε τὰ ἄλλα καταστρεψάμενος οὕτως ἐπὶ Ὀφιονέας, εἰ μὴ βούλοιντο ξυγχωρεῖν, ἐς Ναύπακτον ἐπαναχωρήσας στρατεῦσαι ὕστερον. τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς οὐκ ἐλάνθανεν αὕτη ἡ παρασκευὴ οὔτε ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεβουλεύετο, ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες, ὥστε καὶ οἱ ἔσχατοι Ὀφιονέων - - ἐβοήθησαν (95, 2—96).

Demosthenes autem Messeniorum adhortationibus adductus καὶ τῇ τύχῃ ἐλπίσας, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ ἠναντιοῦτο, τοὺς Λοκροὺς οὐκ ἀναμείνας - - ἐχώρει ἐπὶ Αἰγιτίου, καὶ κατὰ κράτος αἱρεῖ ἐπιών. ὑπέφυγον γὰρ οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν λόφων τῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως· ἦν γὰρ ἐφ' ὑψηλῶν χωρίων ἀπέχουσα τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντα σταδίους μάλιστα (oppidum et ipsum Apodotorum erat; de situ Soteriades l. c. 292 ss.). οἱ δὲ Αἰτωλοὶ (βεβοηθηκότες γὰρ ἤδη ἦσαν ἐπὶ τὸ Αἰγίτιον) προσέβαλλον τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις καταθέοντες ἀπὸ τῶν λόφων ἄλλοι ἄλλοθεν καὶ ἐσηκόντιζον, καὶ ὅτε μὲν ἐπίοι τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὑπεχώρουν, ἀναχωροῦσι δὲ ἐπέκειντο· καὶ ἦν ἐπὶ πολὺ τοιαύτη ἡ μάχη, διώξεις τε καὶ ὑπαγωγαί, ἐν οἷς ἀμφοτέροις ἥσσους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι. Denique hi telis deficientibus τραπόμενοι ἔφευγον, καὶ ἐσπίπτοντες ἔς τε χαράδρας ἀνεκβάτους καὶ χωρία ὧν οὐκ ἦσαν ἔμπειροι διεφθείροντο. - - οἱ δὲ Αἰτωλοὶ ἐσακοντίζοντες πολλοὺς μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ τροπῇ κατὰ πόδας αἱροῦντες, ἄνθρωποι ποδώκεις καὶ ψιλοί, διέφθειρον, τοὺς δὲ πλείους τῶν ὁδῶν ἁμαρτάνοντας καὶ ἐς τὴν ὕλην ἐσφερομένους, ὅθεν διέξοδοι οὐκ ἦσαν, πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρασαν. - - μόλις τε ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὸν Οἰνεῶνα τῆς Λοκρίδος, ὅθενπερ καὶ ὡρμήθησαν, οἱ περιγενόμενοι κατέφυγον. ἀπέθανον δὲ τῶν τε ξυμμάχων πολλοὶ καὶ αὐτῶν Ἀθηναίων ὁπλῖται περὶ εἴκοσι μάλιστα καὶ ἑκατόν. - - τοὺς δὲ νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀνελόμενοι παρὰ τῶν Αἰτωλῶν Naupactum et inde Athenas reverterunt (97, 2—98).

τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Αἰτωλοὶ προπέμψαντες πρότερον ἔς τε Κόρινθον καὶ ἐς Λακεδαίμονα πρέσβεις, Τόλοφόν τε τὸν Ὀφιονέα καὶ Βοριάδην τὸν Εὐρυτᾶνα καὶ Τείσανδρον τὸν Ἀποδωτόν, πείθουσιν ὥστε σφίσι πέμψαι στρατιὰν ἐπὶ Ναύπακτον διὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐπαγωγήν (Thuc. III 100, 1; cf. Busolt III 1069 not. 3). Lacedaemonii autem exercitum Eurylocho duce mittunt. γενόμενοι δ' ἐν τῇ Ναυπακτίᾳ καὶ οἱ Αἰτωλοὶ ἅμα ἤδη προσβεβοηθηκότες ἐδῄουν τὴν γῆν καὶ τὸ προάστειον ἀτείχιστον ὂν εἷλον· ἐπί τε Μολύκρειον ἐλθόντες, τὴν Κορινθίων μὲν ἀποικίαν, Ἀθηναίων δὲ ὑπήκοον, αἱροῦσιν (102, 2; Aetoli oppidum inde ab hoc tempore in possessione sua retinuisse videntur, cf. Salvetti l. c. 97; Hohmann l. c. 32). Sed cum Acarnanes a Demosthene (ἔτι γὰρ ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τὰ ἐκ τῆς Αἰτωλίας περὶ Ναύπακτον, 102, 3) auxilio vocati Naupactum intravissent, Εὐρύλοχος δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ - - ἀνεχώρησαν - - ἐς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην, Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ τὰ ταύτῃ χωρία, καὶ ἐς Πρόσχιον τῆς Αἰτωλίας (102, 5), ut Ambraciotis auctoribus fines Amphilochorum et Acarnanum aggrederetur. Itaque Aetolos dimisit (102, 7). Cf. etiam Diod. XII 60, 2—3.

415—413. Ad expeditionem Siciliensem Athenienses etiam ex Aetolia mercennarios conduxerant, cf. Thuc. VII 57, 9. Videtur igitur inter annos 426—415 pax inter Aetolos et Athenienses facta esse (Hohmann l. c. 22).

410/9. Thrasybulus Calydonius, qui Phrynichum necaverat (Lys. XIII 71), ab Atheniensibus civitate et corona aurea donatur, IG I² 110.

402. Cum Lacedaemonii Eleis bellum inferrent, Aetoli ἐπιλέκτους ἄνδρας χιλίους in Elidem subsidio miserunt, qui fortiter cum Lacedaemoniis pugnaverunt (Diod. XIV 17, 9—10; cf. etiam Hohmann l. c. 23/4).

389. Tunc temporis Achaei in possessione urbis Calydonis sunt (Xenoph. Hell. IV 6, 1. Cuius de additamento ἣ τὸ παλαιὸν Αἰτωλίας ἦν recte iudicaverunt Beloch *Herm.* XXXII 1897, 671 et Wilamowitz *SB Ak. Berlin* 1921, 729).

Quando possederint, nescimus, sed per gratiam hoc factum esse inde colligendum videtur, quod Achaei Calydoniis civitatem contulerunt (Hohmann l. c. 25). Cum vero a. 389 Acarnanes Calydonem aggrederentur, Achaei urbi praesidium imposuerunt et denique Lacedaemonios auxilio vocaverunt (Xenoph. l. c.). Itaque Agesilaus in Acarnaniam expeditionem suscepit. Qui cum autumno reverteretur, ἀπῄει πεζῇ δι' Αἰτωλίας τοιαύτας ὁδοὺς ἃς οὔτε πολλοὶ οὔτε ὀλίγοι δύναιντ' ἂν ἀκόντων Αἰτωλῶν πορεύεσθαι· ἐκεῖνον μέντοι εἴασαν διελθεῖν· ἤλπιζον γὰρ Ναύπακτον αὐτοῖς συμπράξειν ὥστ' ἀπολαβεῖν. ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο κατὰ τὸ Ῥίον, ταύτῃ διαβὰς οἴκαδε ἀπῆλθε· καὶ γὰρ τὸν ἐκ Καλυδῶνος ἔκπλουν εἰς Πελοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι ἐκώλυον τριήρεσιν ὁρμώμενοι ἐξ Οἰνιαδῶν (Xenoph. l. c. § 14).

388. Cum ineunte vere Agesilaus denuo contra Acarnanes proficisceretur, hi statim pacem petiverunt (Xenoph. Hell. IV 7, 1). Agesilaus autem Ἀχαιοῖς μὲν φίλους ἐποίησεν Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀργείους, ἑαυτῷ δὲ καὶ συμμάχους (Xenoph. Ages. II 20). Videntur igitur Aetoli, qui scilicet Achaeis Calydonem invidebant, a bello illo ab Acarnanibus adversus Achaeos suscepto non afuisse (Hohmann l. c. 26; falsa sunt, quae Paus. III 10, 2 his de rebus tradit). Neque tamen diu in societate Lacedaemoniorum — si revera verba Xenophontis etiam ad Aetolos referenda sunt — manserunt, quoniam a. 378 inter illorum socios non enumerantur (Diod. XV 31, 2; cf. Hohmann l. c. 27).

370. Aetolos quoque ad societatem Thebanorum accessisse apud Diod. XV 57, 1 traditum est; at Xenophon (Hell. VI 5, 23; Ages. II 24) eos inter Thebanorum socios non recenset. Neque tamen verba Diodori in dubium vocanda videntur (cf. Hohmann l. c. 27 ss.; Lenschau *B. ph. W.* 1909, 402; Swoboda *Staatsaltert.* 327 not. 1; aliter Beloch[2] III 1, 171 not. 2).

367. Epaminondas Καλυδῶνα φρουρουμένην ὑπ' Ἀχαιῶν ἠλευθέρωσεν (Diod. XV 75, 2); '*er stellt also die äolische Selbständigkeit wieder her*' Wilam. *SB Ak. Berlin* 1921, 730.

366. Calydon Aetolorum fit; nam ad hunc annum Wilam. l. c. adsentiente Ed. Meyero (*Gesch. d. Alt.* II[2] 1, 263 not. 1) rettulit, quod in schol. B ad B 494 legitur: οὕτω δὲ ἡδὺς καὶ μεγαλοπρεπὴς ὁ κατάλογος ὥστε καὶ πόλεις ἀμφισβητοῦσαι τοῖς Ὁμήρου ἔπεσι χρῶνται. Καλυδῶνα μὲν Αἰτωλοῖς ἐχαρίσατο ἀμφισβητοῦσι πρὸς Αἰολέας μνησθεὶς αὐτῆς ἐν Αἰτωλῶν καταλόγῳ (cf. etiam Scylax 36). — Quando Pleuron et Chalcis in Aetolorum possessionem venerint, non satis constat, cf. Hohmann l. c. 32; Beloch IV 1, 50.

c. 365—356. Ἄνδρυς Πρόσχεος thearodocus Epidauriorum, IG IV[2] 1, 95_{38}.

c. 360—343. *Harrybas rex Molossorum, bello petitus a Bardyli Illyrio, - - ⟨a⟩molitus inbelles suorum in vicinam regionem Aetoliae famam sparsit, tamquam urbes ac res suas Aetolis concederet* atque sic Illyrios praedae avidos in insidias inductos fugavit, Frontin. strat. II 5, 19; de tempore, quo Arybbas solus regnavit, cf. Beloch IV 2, 153.

356/5. ἄ. Ἀριστοξένου (cf. Flacelière *BCH* LII 1928, 205) Delphi proxeniam donant Ξενίππωι Νικοστράτου Αἰτωλῶι, Syll.[3] 383 *B*.

ante a. 353/2. Ἐπι - - et alii Aetoli ab Atheniensibus honorantur, IG II[2] 177.

post a. 354. Θέων Πολεμάρχου Καλυδώνιος thearodocus Epidauriorum, IG IV[2] 1, 95_{55}. Fortasse Ἄγεμος Λύσωνος Ναυπάκτιος (ibid. v. 54) iam Aetolus, qui sicut ille post a. 354 Νέωνι Naupactio (v. 6) substitutus est.

342. Philippus cum ex Epiro contra Ambraciam proficisceretur, foedus cum Aetolis iniit et Ἀχαιῶν Ναύπακτον ὀμώμοκεν Αἰτωλοῖς παραδώσειν (Demosth. Phil. III 34; Beloch[2] III 1, 546/7; de tempore Beloch[2] III 2, 292).

339. Inter legatos, quos Philippus Elatea capta Thebas mittit, etiam Aetoli recensentur (Philoch. frg. 135; cf. etiam Didym. ad Demosth. XI 4).

338. Amphissa expugnata Philippus Naupactum pergit et urbem vi captam (cum vicinia velut oppido Macynia, cf. ad nr. 13_{22}) Aetolis adiudicat (Theopomp. *FGrHist* 115 *F* 235; Strab. IX p. 427; cf. Schaefer *Demosth.* II[2] 559; Beloch[2] III 1, 567). Improbabiliter de tempore post pugnam ad Chaeroneam factam cogitant Hohmann l. c. 33 ss. et Oldfather *RE* XIII 1213/4. — Aetolos vero et ipsos ad societatem communem Graecorum Corinthi factam accessisse probabile est (cf. Justin. IX 5, 1—3; Wilhelm *SB Ak. Wien* 1911 nr. VI 15). Ceterum ex indice civitatum foederatarum IG II[2] 236 *b*, ubi v. 10 secundum certum Wilhelmi supplementum (l. c. 3. 25) Agraei una cum Dolopibus enumerantur, colligitur hanc gentem etiamtum sui iuris fuisse. Nihilominus autem Aetoli in Philippum neglegentes fuisse videntur, ut ipsi quoque postea praedicaverunt (Justin. XXVIII 2, 12): *solos denique esse, qui Macedonas imperio terrarum semper florentes contempserint, qui Philippum regem non timuerint - -.*

336. Philippo mortuo Aetoli κατάγειν τοὺς ἐξ Ἀκαρνανίας φυγάδας ἐψηφίσαντο διὰ Φιλίππου πεῖραν εἰληφότας τῆς φυγῆς (Diod. XVII 3, 3; recte hac de re Hohmann l. c. 35).

335. Thebanis rebellantibus Aetoli favent, sed Thebis dirutis legatos κατὰ ἔθνη ad Alexandrum mittunt veniam petituros (Arrian. I 7, 4; 10, 2).

333/2. ἄ. Βαθύλλου Delphi cuidam Αἰτωλῶι ἐκ Μακυνέας proxeniam conferunt, *BCH* XXIII 1899, 356 nr. II.

c. 330. Aetoli Oeniadas occupant atque incolas ex urbe pellunt indignante Alexandro (Diod. XVIII 8, 6 [vide ad a. 324]; Plut. Alex. 49; de tempore cf. Swoboda *Staatsaltert.* 298 not. 3; Beloch IV 1, 50 not. 3).

329. Interfectio Philotae et Parmenionis πολλοῖς τῶν φίλων φοβερὸν ἐποίησε τὸν Ἀλέξανδρον, μάλιστα δὲ Ἀντιπάτρῳ· καὶ πρὸς Αἰτωλοὺς ἔπεμψε κρύφα πίστεις διδοὺς καὶ λαμβάνων, Plut. Alex. 49. Sane in dubium id est revocatum, iniuria si quid video.

326. [ὁ δεῖνα καὶ ὁ πατὴ]ρ αὐτοῦ Κυδρίων, haud dubie Aetoli, ab Atheniensibus ἐπὶ Ἡγήμονος ἄρχ. honorantur, IG II² 358. Titulus gravissimi est momenti, quo doceamur tunc temporis τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν iam exstitisse; nam etiamsi de supplemento v. 13 τὸ κοινὸ]ν τῶν Αἰτωλῶν dubitari licet, at certe v. 14 magistratus bularchorum, de quo cf. ad nr. 6_{10}, commemoratur. Apparet igitur τὸ κοινόν inter annum 335, quo Aetoli etiamtum legatos κατὰ ἔθνη miserunt (vide supra et Swoboda *Staatsaltert.* 327 not. 10), et 326 conditum esse (fortasse cogitari potest de anno 334, quia a. 333/2 cuidam Αἰτωλῶι ἐκ Μακυνέας a Delphis proxenia datur [vide p. XII_{100}] — si revera huic generi dicendi tantum tribuendum est, cf. Swoboda l. c. 330).

324. Alexandri de exulibus edictum. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τὴν κάθοδον τῶν φυγάδων ὡς ἐπ' ἀγαθῷ γινομένην ἀπεδέχοντο, Αἰτωλοὶ δὲ καὶ Ἀθηναῖοι δυσχεραίνοντες τῇ πράξει χαλεπῶς ἔφερον. Αἰτωλοὶ μὲν γὰρ τοὺς Οἰνιάδας ἐκβεβληκότες ἐκ τῆς πατρίδος προσεδόκων τὴν ἐπὶ τοῖς παρανομήμασιν ἐπακολουθοῦσαν κόλασιν· καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἠπειληκὼς ἦν ὡς οὐκ Οἰνιαδῶν παῖδες, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιθήσει τὴν δίκην αὐτοῖς (Diod. XVIII 8, 6).

c. 323. (ἄ. Κλευβούλου; cf. Flacelière *BCH* LII 1928, 204). Λέων, Νικόστρατος, Ἀλέξανδρος Φυρταίου Αἰτωλοί proxenia a Delphis honorantur, Syll.³ 383 *A*.

323/2. ὁ Λαμιακὸς πόλεμος. Αἰτωλοὶ μὲν οὖν ἅπαντες¹) πρῶτοι συνέθεντο τὴν συμμαχίαν cum Atheniensibus (Diod. XVIII 11, 1). Nam Alexandro mortuo Leosthenes παρῆλθεν εἰς Αἰτωλίαν συνθησόμενος κοινοπραγίαν. ἀσμένως δὲ τῶν Αἰτωλῶν συνυπακουσάντων καὶ διδόντων αὐτῷ στρατιώτας ἑπτακισχιλίους - - (Diod. l. c. 9, 5; cf. etiam XVII 111, 3 et Schaefer *Demosth.*² III 356 not. 2). Index tituli Attici, qui hoc foedus continebat, videtur servatus esse: IG II² 370. Inter foederis participes a Pausania I 25, 4 etiam Ἀκαρνᾶνες οἱ ἐς τὸ Αἰτωλικὸν συντελοῦντες enumerantur, qui scilicet Oeniadae sunt intellegendi (cf. Swoboda l. c. 298 not. 4).

¹) Apparet nunc (cf. ad a. 326) non recte Swobodam (*Staatsaltert.* 328 not. 2) hoc vocabulum interpretatum esse. Immo potius id intellegendum est ex iis, quae praecedunt (αἱ πλεῖσται [sc. πόλεις] συνέθεντο τὴν συμμαχίαν, αἱ μὲν κατ' ἔθνος, αἱ δὲ κατὰ πόλιν, 10, 5).

Sed inter Lamiam obsidendam Αἰτωλοὶ μὲν ἀξιώσαντες τὸν Λεωσθένην διά τινας ἐθνικὰς χρείας κατὰ τὸ παρὸν ἀπελθεῖν ἐπ' οἴκου πάντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν Αἰτωλίαν (Diod. XVIII 13, 4, cf. 15, 2 et Suidas s. v. Ἀντίπατρος; vide etiam Schaefer. l. c. 373 not. 1; Niese I 207). Neque tamen bello destiterunt; nam post 322 pugnam ad Crannonem factam Aetoli soli foedere cum Atheniensibus icto stant et μετὰ τῶν ἰδίων στρατηγῶν ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ πολέμου (Diod. l. c. 17, 8). Itaque postquam etiam Athenienses se dederunt, Ἀντίπατρος καὶ Κράτερος ἐπὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἐστράτευσαν, ἔχοντες πεζοὺς μὲν τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους (24, 1; autumni flexu a. 322, cf. Beloch IV 2, 237). οἱ δὲ Αἰτωλοὶ τηλικούτων δυνάμεων ἐπ' αὐτοὺς ὡρμημένων οὐ κατεπλάγησαν ταῖς ψυχαῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις ἀθροίσαντες εἰς μυρίους κατέφυγον εἰς τοὺς ὀρεινοὺς καὶ τραχεῖς τόπους, εἰς οὓς τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας καὶ τὸ τῶν χρημάτων πλῆθος ἀπέθεντο, καὶ τὰς μὲν ἀνωχύρους πόλεις ἐξέλιπον, τὰς δὲ ὀχυρότητι διαφερούσας φρουραῖς ἀξιολόγοις διαλαβόντες εὐτόλμως ὑπέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κράτερον εἰσβαλόντες εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τὰς εὐχειρώτους πόλεις ὁρῶντες ἐρήμους ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ἀνακεχωρηκότας εἰς τὰς δυσχωρίας. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ Μακεδόνες πρὸς τόπους ὀχυροὺς καὶ τραχεῖς βιαζόμενοι πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλον· ἡ γὰρ τόλμα τῶν Αἰτωλῶν προσλαβοῦσα τὴν ἐν τοῖς τόποις ὀχυρότητα ῥᾳδίως ἠμύνετο τοὺς διὰ τὴν προπέτειαν εἰς ἀβοηθήτους κινδύνους προπίπτοντας· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν περὶ Κράτερον στεγνὰ κατασκευασάντων καὶ συναναγκαζόντων τοὺς πολεμίους μένειν τὸν χειμῶνα καὶ διακαρτερεῖν ἐν τόποις χιονοβολουμένοις καὶ τροφῆς ἐνδεέσιν εἰς τοὺς ἐσχάτους ἦλθον κινδύνους· ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἢ καταβάντας ἀπὸ τῶν ὀρέων διαγωνίσασθαι πρὸς δυνάμεις πολλαπλασίους καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς ἢ μένοντας ὑπ' ἐνδείας καὶ κρυμοῦ διαφθαρῆναι. ἤδη δ' αὐτῶν ἀπογινωσκόντων τὴν σωτηρίαν αὐτόματός τις λύσις τῶν κακῶν ἐφάνη, καθάπερ θεῶν τινος ἐλεοῦντος αὐτῶν τὴν εὐψυχίαν (24, 2 — 25, 2). Nam Antipater et Craterus ab Antigono de Perdiccae consiliis certiores facti εὐθὺς οὖν πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς διάλυσιν ἐποιήσαντο, διεγνωκότες ὕστερον αὐτοὺς καταπολεμῆσαι καὶ μεταστῆσαι πανοικίους ἅπαντας εἰς τὴν ἐρημίαν καὶ πορρωτάτω τῆς Ἀσίας κειμένην χώραν (25, 5).

A. J. Reinach *Journ. intern. d'arch. numism.* XIII 1911, 212 et Beloch IV 1, 84 sumunt hoc pacto Aetolos Oeniadas amisisse coll. Diod. XIX 67, 4 (vide infra p. XIV_{58}), iniuria tamen; nam hoc loco Οἰνιάδας intellegendos esse incolas a. c. 330 ab Aetolis ex oppido pulsos (cf. p. XII_{102}) apparet (sic recte iam Oberhummer *Akarnanien* 137 aliique, cf. imprimis Niese I 282 not. 4).

321. Perdiccas cum Aetolis foedus facit. Ἀντιπάτρου δ' εἰς τὴν Ἀσίαν διαβεβηκότος Αἰτωλοὶ κατὰ τὰς πρὸς Περδίκκαν συνθήκας ἐστράτευσαν εἰς τὴν Θετταλίαν, ἀντιπερισπάσαι βουλόμενοι τὸν Ἀντίπατρον. εἶχον δὲ στρατιώτας πεζοὺς μὲν μυρίους καὶ δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους, ὧν ἦν στρατηγὸς Ἀλέξανδρος Αἰτωλός. ἐν παρόδῳ δὲ τοὺς Ἀμφισσεῖς ⟨τοὺς⟩ Λοκροὺς πολιορκήσαντες τήν τε χώραν αὐτῶν κατέδραμον καί τινα τῶν πλησίον πολισμάτων εἷλον. ἐνίκησαν δὲ μάχῃ τὸν Ἀντιπάτρου στρατηγὸν Πολυκλῆν καὶ τοῦτόν τε καὶ τῶν

στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγους ἀνεῖλον. - - μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Θετταλίαν ἐμβαλόντες τοὺς πλείστους τῶν Θετταλῶν ἔπεισαν κοινωνεῖν τοῦ πρὸς Ἀντίπατρον πολέμου. - - τούτων δὲ προσαγομένων τὰς πόλεις Ἀκαρνᾶνες ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Αἰτωλοὺς ἐνέβαλον εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τήν τε χώραν ἐδῄουν καὶ τὰς πόλεις ἐπολιόρκουν. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ πυθόμενοι τὰς ἰδίας πατρίδας κινδυνεύειν τοὺς μὲν ἄλλους στρατιώτας ἀπέλιπον ἐν Θετταλίᾳ, Μένωνα τὸν Φαρσάλιον ἐπιστήσαντες στρατηγόν, αὐτοὶ δὲ τοὺς πολιτικοὺς ἀναλαβόντες ἧκον συντόμως εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας καταπληξάμενοι τὰς πατρίδας ἠλευθέρωσαν τῶν κινδύνων. τούτων δὲ περὶ ταῦτα ἀσχολουμένων Πολυπέρχων ὁ καταλελειμμένος ἐν Μακεδονίᾳ στρατηγὸς - - τὴν Θετταλίαν ἀνεκτήσατο (Diod. XVIII 38; cf. A. J. Reinach l. c. 212 not. 6).

319. Aetoli socii Polyperchontis fiunt (sic recte Brandstäter *Gesch. aetol. Landes* 176 et A. J. Reinach l. c. 213; cf. etiam Beloch IV 1, 107).

317. Cum Cassander ex Peloponneso in Macedoniam rediret, Αἰτωλοὶ χαρίζεσθαι βουλόμενοι τῇ τε Ὀλυμπιάδι καὶ Πολυπέρχοντι τὰ περὶ τὰς Πύλας στενὰ κατελάβοντο καὶ τῆς παρόδου τὸν Κάσσανδρον ἀπέκλεισαν. ὁ δὲ βιάζεσθαι μὲν πρὸς τόπους δυσεμβόλους ἀπέγνω et navibus exercitum in Thessaliam traduxit (Diod. XIX 35, 2).

316. Πολυπέρχων - - ἀκούσας δὲ τὴν Ὀλυμπιάδος τελευτὴν καὶ τελέως ἀπελπίσας τὰ κατὰ Μακεδονίαν - - ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὑπολαβὼν ἀσφαλέστατα καραδοκήσειν ἐνταῦθα τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολάς· καὶ γὰρ ἐτύγχανεν οἰκείως ἔχων πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος. Κάσσανδρος δὲ συστησάμενος ἱκανὴν δύναμιν ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Μακεδονίας, σπεύδων Ἀλέξανδρον τὸν Πολυπέρχοντος ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς Πελοποννήσου. - - τὴν μὲν οὖν Θεσσαλίαν ἀσφαλῶς διῆλθεν, τὰς δ᾽ ἐν Πύλαις παρόδους εὑρὼν ὑπ᾽ Αἰτωλῶν φυλαττομένας μόγις τούτους βιασάμενος παρῆλθεν εἰς τὴν Βοιωτίαν (Diod. XIX 52, 6—53, 1).

314. Ἀριστόδημος μὲν ὁ κατασταθεὶς ὑπ᾽ Ἀντιγόνου στρατηγὸς ὡς ἐπύθετο τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυπέρχοντος ἀπόστασιν, ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Αἰτωλῶν δικαιολογησάμενος προετρέψατο τὰ πλήθη βοηθεῖν τοῖς Ἀντιγόνου πράγμασιν (Diod. XIX 66, 2).

Κάσσανδρος δ᾽ ὁρῶν τοὺς Αἰτωλοὺς συναγωνιζομένους μὲν Ἀντιγόνῳ, πόλεμον δ᾽ ἔχοντας ὅμορον πρὸς Ἀκαρνᾶνας ἔκρινε συμφέρειν ἅμα συμμάχους μὲν Ἀκαρνᾶνας ποιήσασθαι, ταπεινῶσαι δὲ τοὺς Αἰτωλούς. διόπερ ἀναζεύξας ἐκ Μακεδονίας μετὰ δυνάμεως μεγάλης ἧκεν εἰς Αἰτωλίαν καὶ κατεστρατοπέδευσεν περὶ τὸν καλούμενον Καμπύλον ποταμόν (de quo cf. *RE* X 1844; Aperantiam igitur tum iam Aetolorum esse recte monet Beloch IV 1, 610 not. 1). συναγαγὼν δὲ τοὺς Ἀκαρνᾶνας εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν καὶ διελθὼν ὅτι πόλεμον ἔχουσιν ὅμορον ἐκ παλαιῶν χρόνων, συνεβούλευεν ἐκ τῶν ⟨ἀν⟩ωχύρων καὶ μικρῶν χωρίων εἰς ὀλίγας πόλεις μετοικῆσαι, ὅπως μὴ διεσπαρμένης τῆς οἰκήσεως ἀδυνατῶσιν ἀλλήλοις βοηθεῖν καὶ πρὸς τὰς ἀπροσδοκήτους τῶν πολεμίων ἐπιθέσεις δυσχερῶς ἀθροίζωνται. πεισθέντων δὲ τῶν Ἀκαρνάνων οἱ πλεῖστοι μὲν εἰς Στράτον πόλιν συνῴκησαν, ὀχυρωτάτην οὖσαν καὶ μεγίστην, Οἰνιάδαι δὲ (vide supra notam ad a. 322) καί τινες ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν, Δεριεῖς δὲ μεθ᾽ ἑτέρων εἰς Ἀγρίνιον. ὁ δὲ Κάσσανδρος ἀπολιπὼν στρατηγὸν Λυκίσκον μετὰ τῶν ἱκανῶν στρατιωτῶν τούτῳ μὲν παρήγγειλε βοηθεῖν Ἀκαρνᾶσιν, αὐτὸς δὲ μετὰ δυνάμεως Leucadem et Illyriam aggressus est. ἀπαλλαγέντος δὲ ἐκ τῆς Αἰτωλίας τοῦ Κασσάνδρου συστραφέντες τῶν Αἰτωλῶν εἰς τρισχιλίους καὶ περιχαρακώσαντες Ἀγρίνιον ἐπολιόρκουν, τῶν δὲ κατοικούντων τὸ χωρίον ὁμολογίας ποιησαμένων ὥστε τὴν μὲν πόλιν παραδοῦναι, τῆς δ᾽ ἀσφαλείας τυχόντας αὐτοὺς ἀπαλλαγῆναι, οὗτοι μὲν πιστεύοντες ταῖς σπονδαῖς ἀπῄεσαν, οἱ δ᾽ Αἰτωλοὶ παραβάντες τὰς συνθήκας καὶ καταδιώξαντες τοὺς οὐδὲν ἐλπίζοντας πείσεσθαι δεινὸν πλὴν ὀλίγων πάντας ἀπέσφαξαν (Diod. l. c. 67, 3—68, 1). Una cum Agrinio Agraeos tum in dicionem Aetolorum venisse probabile est, si revera Agrinium, ut quidem nomen probare videtur, oppidum Agraeorum fuit, cf. Salvetti l. c. 95. 102; Beloch IV 1, 122 not. 1; sumendum igitur est post a. 338 (vide p. XII_{84}) Agraeam ab Acarnanibus occupatam fuisse (Beloch² III 1, 291 cum not. 3; IV 1, 602)[1]).

[1]) Minus arridet sententia eorum, qui putant Agrinium ab initio Aetolorum fuisse, sed aut a. 322 (Niese I 283 not. 1; Swoboda *Staatsaltert.* 298) aut a. 321 (Oberhummer *Akarnanien* 135; Rhomaios Δελτ. IX 1924/5 [1927] παράρτ. 7) in potestatem Acarnanum transisse.

313. Φίλιππος ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθεὶς στρατηγὸς εἰς τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον ὡς τάχισθ᾽ ἧκεν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν μετὰ τῆς δυνάμεως, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει λεηλατεῖν τὴν Αἰτωλίαν, μετ᾽ ὀλίγον δὲ πυθόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην εἰς τὴν βασιλείαν κατεληλυθότα καὶ δύναμιν ἁδρὰν συνηθροικότα ταχέως ὥρμησεν ἐπ᾽ αὐτόν· ἔσπευδε γὰρ κατ᾽ ἰδίαν διαγωνίσασθαι πρὶν ἢ συμμῖξαι τὴν τῶν Αἰτωλῶν δύναμιν. Philippus Aeacidam acie vincit. τῶν δὲ περὶ τὸν Αἰακίδην ἀθροισθέντων ἐκ τῆς φυγῆς καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς συμμιξάντων πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φίλιππος μάχῃ ἐκράτησεν καὶ πολλοὺς ἀνεῖλεν, ἐν οἷς ἦν καὶ Αἰακίδης ὁ βασιλεύς. ἐν ὀλίγαις δ᾽ ἡμέραις τηλικαῦτα ποιήσας προτερήματα κατεπλήξατο πολλοὺς τῶν Αἰτωλῶν ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε τὰς ἀνωχύρους πόλεις ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὰ δυσβατώτατα τῶν ὀρῶν συμφυγεῖν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν (Diod. XIX 74, 3—6). Alteram pugnam πρὸς Οἰνιάδαις factam esse auctor est Pausanias (I 11, 4). Itaque coniecerim tunc temporis Aetolos hoc oppidum, cuius in possessione etiam a. 314 erant (cf. supra), amisisse; nam Acarnanes Oeniadas ante a. c. 262 recuperasse ex tit. nr. 3 $A_{22\cdot 24\cdot 25}$ apparet (Swoboda *Staatsaltert.* 300).

Aetoli autem legatos ad Antigonum mittunt, qui πρὸς τούτους συμμαχίαν συνέθετο (Diod. l. c. 75, 6).

310. Polyperchon cum id moliretur, ut Herculem, Alexandri Magni filium, regem in Macedoniam duceret, ἔγραψε καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν, ἀξιῶν δίοδόν τε δοῦναι καὶ συστρατεύειν, ἐπαγγελλόμενος πολλαπλασίους χάριτας ἀποδώσειν, ἐὰν συγκαταγάγωσι τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ κατὰ νοῦν γενομένων, προθύμως θ' ὑπακουόντων τῶν Αἰτωλῶν καὶ πολλῶν ἄλλων συντρεχόντων ἐπὶ τὴν κάθοδον τοῦ βασιλέως οἱ σύμπαντες ἠθροίσθησαν πεζοὶ μὲν ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους χιλίων (Diod. XX 20, 3).

— Ἑρυμνίων (Ἐρύμνων codd., corr. Pomtow *Klio* XV 57) ὁ Αἰτωλὸς ab Agathocle in Libyam traiciente Antandro fratri consiliarius datus, Diod. XX 16, 1.

306. ἐσβαλόντος ἐς τὴν Ἀττικὴν Κασσάνδρου πλεύσας Ὀλυμπιόδωρος (praetor Atheniensium) ἐς Αἰτωλίαν βοηθεῖν Αἰτωλοὺς ἔπεισε, καὶ τὸ συμμαχικὸν τοῦτο ἐγένετο Ἀθηναίοις αἴτιον μάλιστα διαφυγεῖν τὸν Κασσάνδρου πόλεμον (Paus. I 26, 3, cf. Kaerst *RE* IV 2777; de tempore [aestate vel autumno] cf. Beloch IV 1, 158 not. 3).

304. τοῦ κοινοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἀποστείλαντος πρεσβευτὰς περὶ διαλύσεων οἱ Ῥόδιοι συνέθεντο πρὸς Δημήτριον (Diod. XX 99, 3). Contra secundum Plutarchum Demetr. 22, 8 Ἀθηναῖοι παραγενόμενοι διήλλαξαν (cf. Niese I 332 not. 3).

— Demetrius in Graeciam transvectus Cassandro fugato πρὸς Αἰτωλοὺς συμμαχίαν ἐποιήσατο (Diod. XX 100, 6).

vere 302. Aetolos foederis Graecorum a Demetrio restituti (IG IV^2 1, 68) participes fuisse consentaneum est; de tempore cf. Wilcken *SB Ak. Berlin* 1922, 124.

aestate 302. Demetrium in Thessaliam contra Cassandrum proficiscentem magnae copiae etiam ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων secuti sunt (Diod. XX 110, 4).

saec. IV. ...ίων (Pomtow *Klio* XVII 203: Ἀγαθίων) Ἀγαθίωνος Αἰτωλός, proxenus Delphorum, a Delphis etiam προμαντείαν, ἀτέλειαν, προδικίαν accipit, Pomtow *Klio* XV 48 nr. 67; de tempore cf. Flacelière *BCH* LII 1928, 205 not. 1 ('paulo ante 280' Pomtow).

c. 300. Delphi τῶι δεῖνι Φιλοποίνου Αἰτωλῶι Καλλιεῖ proxeniam tribuunt, *FdD* III 1, 422.

c. 294/3 (?) Aetoli Delphos occupaverunt (neque tamen in sympolitiam suam receperunt, cf. ad nr. 31*a*); simul vicina pars Phocidis ad Aetolos se applicavit, cf. ad a. 291 et 290.

292. Cleonymo Lacedaemonio cum Boeotis priore adversus Demetrium seditione subsidio veniret (Plut. Demetr. 39), Aetolos permisisse, ut copias per Aetoliam duceret, probavit Beloch IV 1, 225 not. 1; de tempore cf. l. c. 224 et IV 2, 248.

291. Cum Boeotis denuo contra Demetrium rebellantibus Aetoli foedere coniuncti sunt, Beloch IV 1, 226 not. 1 (de tempore cf. IV 2, 248). Quod foedus titulo nr. 170 contineri videtur, cf. Walek *Rev. Phil.* XXXVII 1913, 270 et Pomtow *Klio* XV 6; ceterum vide ad nr. 170 cum add. Tunc temporis pars Phocidis cum Aetolis consociata erat, nam eidem foederi etiam Φωκεῖς οἱ μετ' Αἰτωλῶν ascripti sunt (nr. 170_{10}). Unde iure conclusit Pomtow l. c. (cf. etiam Schober *Phokis*, diss. Ienens. 1924, 75) et Locridem occidentalem et Delphos ab Aetolis iam occupatos esse. De Delphis, ubi tit. nr. 170 inventus est, cf. etiam ad a. 290. Quando autem Locri Ozolae (praeter Amphissenses aliosque, cf. ad nr. 5 et 12_1) in dicionem Aetolorum venerint, plane est incertum atque viri docti magnopere inter se dissentiunt, cf. *RE* XIII 1218 (certe ante Delphos occupatos, vide etiam ad a. 290). Id tamen monuerim fortasse inde quod Aetoli a. 321 (vide p. $XIII_{107}$) solos fines Amphissensium aggrediuntur colligendum esse reliquos Ozolas omnes fere iam in potestate Aetolorum esse; similiter Oldfather *RE* l. c. 1216.

290. τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὑτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ (cf. Pomtow *Jahrb. Philol.* 1897, 787) κατεῖχον, ἐν Ἀθήναις αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν, ὡς δὴ προσῆκον αὐτόθι μάλιστα τιμᾶσθαι τὸν θεόν, ὃς καὶ πατρῷός ἐστι καὶ λέγεται τοῦ γένους ἀρχηγός (Plut. Demetr. 40, 7—8). Cum igitur constet tunc temporis Aetolos Delphos iam occupasse, suo iure ad eundem annum Bergk (P. L. G.^{4} III 674) et Wilamowitz (*Antig. v. K.* 242) carmen illud ithyphallicum rettulerunt, quo Athenienses Demetrium a Corcyra et Leucade redeuntem exceperunt (Demochares et Duris apud Athen. VI 253 [Diehl II 249]; contra Beloch IV 2, 249 de anno 292 vel 291 cogitat). Leguntur enim in hoc carmine etiam haec (21 ss.):

πρῶτον μὲν εἰρήνην ποίησον, φίλτατε·
κύριος γὰρ εἶ σύ.
τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
Σφίγγα περικρατοῦσαν,
Αἰτωλὸς ὅστις ἐπὶ πέτρας καθήμενος,
ὥσπερ ἡ παλαιά,
τὰ σώμαθ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
κοὐκ ἔχω μάχεσθαι·
Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας,
νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω·
μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός· εἰ δὲ μή,
Οἰδίπουν τιν' εὑρέ,
τὴν Σφίγγα ταύτην ὅστις ἢ κατακρημνιεῖ
ἢ σποδὸν ποιήσει.

Cf. commentarium Wilamowitzii l. c.; neque autem inepte Pomtow l. c. ex verbis νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω conclusit occupationem Δελφίδος πέτρας (Wil.) brevi ante factam esse (assentitur Oldfather *RE* XIII 1219 ipse τὰ τῶν πέλας ad Locridem occidentalem referens). Verisimillimum mihi quidem videtur Delphos ca. 294/3 sub potestatem Aetolorum venisse, cf. Walek *D. Delph.*

Amphikt. i. d. Zeit d. aitol. Herrschaft, diss. Berol. 1911, 27; vide etiam Swoboda *Staatsaltert.* 336 not. 1[1]). Ceterum dubito utrum revera ex ithyphallo colligendum sit Athenienses tum temporis rapinis Aetolorum esse vexatos (cf. Flacelière *BCH* LIV 1930, 92), an potius verba illa τὰ σώμαθ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει de omnibus Graecis dicta intellegenda sint.

[1]) De tempore *'très peu après l'an 300'* cogitat Flacelière (*CR Ac. Inscr.* 1929, 146, cf. etiam *BCH* LIV 1930, 88 not. 3), quia foedus illud nr. 170 (cf. supra ad a. 291) cum Belochio brevi post pugnam Ipsiacam factum esse putat, cf. add. nr. 170.

289. Demetrius ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλούς· καὶ τὴν χώραν κακώσας καὶ Πάνταυχον ἐν αὐτῇ μέρος ἔχοντα τῆς δυνάμεως οὐκ ὀλίγον ἀπολιπὼν ἐπὶ Πύρρον αὐτὸς ἐχώρει καὶ Πύρρος ἐπ' ἐκεῖνον [1])· ἀλλήλων δὲ διαμαρτόντες, ὁ μὲν ἐπόρθει τὴν Ἤπειρον, ὁ δὲ Πανταύχῳ περιπεσὼν καὶ μάχην συνάψας, αὐτὸν μὲν ἄχρι τοῦ δοῦναι καὶ λαβεῖν πληγὴν ἐν χερσὶ γενόμενον ἐτρέψατο, τῶν δ' ἄλλων πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν, ἐζώγρησε δὲ πεντακισχιλίους (Plut. Demetr. 41, cf. Pyrrh. 7). Quapropter oppidum Callipolitarum Pyrrhum statua honorat (nr. 154).

Pace autumno eiusdem anni inter Demetrium et Pyrrhum composita etiam Aetolos comprehensos esse probabile est, cf. Niese I 374; Beloch IV 1, 228.

[1]) Quando Pyrrhus et Aetoli foedus inierint, non constat; videntur sane iam tempore alterius Boeotorum contra Demetrium seditionis socii fuisse, quia tum Pyrrhus et ipse Boeotos adiuvit (Plut. Demetr. 40; Pyrrh. 7); fortasse iam inde ab a. c. 294, i. e. cum Demetrius Macedoniam occupavisset (Beloch IV 2, 105).

288/7. [ἐπὶ] Διοκλέους ἄρχο[ντος Ἀθηναίων τινῶν ἀνδραποδι]σθῆναι ἐξαγγελθέ[ντων προθύμως (Αἴσχρων Προξένου Delphis versatus) αὐτοὺς ἐξητ]ήσατο μετὰ Χαριξέ[νου τοῦ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγοῦ] IG II[2] 652$_{6ss.}$ cf. Beloch IV 2, 65 [1]). De praetore Charixeno cf. ad nr. 5.

[1]) Recte monet Beloch ex hoc titulo apparere Atheniensibus tunc temporis cum Aetolis familiaritatem quandam fuisse neque ergo Dioclem anno 290/89 vindicandum esse (hunc annum defendit Kirchner *SB Ak. Berlin* 1918, 146 et ad IG II[2] 650).

288—281. Ἀνδρόβολος Μήνιος Αἰτωλὸς ἐκ Ναυπάκτου ab urbe Cassandrea honoratur, Syll.[3] 380.

284—281. Inter Aetolos et Lysimachum, cum Pyrrho pulso solus Macedoniam teneret, amicitiam intercessisse inde colligitur, quod Aetoli duo oppida a nominibus regis reginaeque appellaverunt (Niese I 386; Beloch IV 1, 241; Tscherikower *Die hellenist. Städtegründungen* 5); de Lysimachia cf. ad nr. 13$_7$, de Arsinoë ad nr. 131$_2$.

saec. III in. Samothraces Σείρακον Ἰσχομάχου Αἰτωλὸν ἐγ Μεσάτας proxenia donant, IG XII 8, 151$_9$.

c. 281/0. Post mortem Lysimachi Aetoli cum Antigono, Demetrii filio, foedus ineunt, cf. Iustin. XXIV 1, 3 (vide ad a. 280).

280. Pyrrhus cum in Italiam proficisceretur, etiam mercennarios Aetolos secum duxit (Dionys. Hal. Ant. Rom. XX 1, 2).

— οἱ Αἰτωλοὶ συντελεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας ἠνάγκασαν ἐς τὸ Αἰτωλικόν, Paus. X 20, 9.

— *dissidentibus inter se bello Ptolomeo Cerauno et Antiocho et Antigono regibus omnes ferme Graeciae civitates ducibus Spartanis, velut occasione data ad spem libertatis erectae - - in bellum prorumpunt et, ne cum Antigono, sub cuius regno erant, bellum coepisse viderentur, socios eius Aetolos adgrediuntur, causas belli praetendentes, quod consensu Graeciae sacratum Apollini Cirraeum campum per vim occupassent. huic bello ducem deligunt Area, qui adunato exercitu urbes sataque in his campis posita depopulatur, quae auferri non poterant incendit. quod cum e montibus conspicati pastores Aetolorum essent, congregati admodum quingenti sparsos hostes ignorantesque, quanta manus esset, quoniam conspectum illis montes et incendiorum fumus abstulerant, consectantur trucidatisque admodum novem milibus praedones in fugam vertunt. reparantibus deinde Spartanis bellum auxilium multae civitates negaverunt, existimantes dominationem eos, non libertatem Graeciae quaerere* (Iustin. XXIV 1, 1—7; cf. Beloch IV 1, 249 not. 3).

Aetoli Damocrito duce et *Amynandro, rege Athamanum, adiuncto profecti Cercinium obsedere. - - intra paucos dies captum est Cercinium atque incensum; qui superfuerunt e magna clade, liberi servique, inter ceteram praedam abducti. is timor omnis, qui circumcolunt Boeben paludem, relictis urbibus montis coegit petere. Aetoli inopia praedae inde aversi in Perrhaebiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt foedeque diripiunt; qui Maloeam incolunt, voluntate in deditionem societatemque accepti. ex Perrhaebia Gomphos petendi Amynander auctor erat - - . Aetoli campos Thessaliae opimos ad praedam petiere sequente, quamquam non probante Amynandro - -*. Ad Pharcadonem Philippus Aetolos, qui incautius et castra posuerant et populabantur, inopinantes aggressus gravi clade affecit. Itaque postquam in Athamanum castra se receperunt, *nocte proxima dispersi fugerunt. maximo usui fuit Amynander, quo duce Athamanes itinerum periti summis montibus per calles ignotas sequentibus eos hostibus in Aetoliam perduxerunt*, Liv. XXXI 41—42.

— *Scopas - - ab Alexandrea magno cum pondere auri ab rege Ptolomaeo missus, sex milia peditum et quingentos equites mercede conductos Aegyptum vexit; nec ex iuventute Aetolorum quemquam reliquisset, ni Damocritus - - partem iuniorum castigando domi continuisset*, Liv. XXXI 43, 5—7; cf. Holleaux *Klio* VIII 1908, 277/8.

autumno 199. Philippum Thaumacos oppugnantem *incepto absistere - - coegit subitus Aetolorum adventus, qui Archidamo* (cf. p. XXXIX$_{58}$) *duce inter custodias Macedonum moenia ingressi nec nocte nec die finem ullum erumpendi nunc in stationes nunc in opera Macedonum faciebant. - - hiems quoque iam instabat, cum* (Philippus) *inde abscessit et in Macedoniam in hiberna copias reduxit*, Liv. XXXII 4.

aestate 198. Aetoli *audito proelio, quod circa amnem Aoum factum erat* (probabiliter die XXIV mensis Iunii), *proximis prius evastatis circa Sperchias et Macran quam vocant Comen, transgressi inde in Thessaliam Cymenes et Angeias primo impetu potiti sunt. a Metropoli, dum vastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda moenia facto repulsi sunt. Callithera inde adgressi similem impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt; compulsisque intra moenia qui eruperant, contenti ea victoria, quia spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Teuma inde et Celathara vicos expugnant diripiuntque; Acharras per deditionem receperunt. Xyniae simili metu a cultoribus desertae sunt. hoc sedibus suis extorre agmen in praesidium incidit, quod ad Thaumacum, quo tutior frumentatio esset, ducebatur; incondita inermisque multitudo, mixta et imbelli turba, ab armatis caesa est. Xyniae desertae diripiuntur. Cyphaera inde Aetoli*

capiunt, opportune Dolopiae imminens castellum. haec raptim intra paucos dies ab Aetolis gesta, Liv. XXXII 13, 10—15; cf. Béquignon *BCH* LII 1928, 444 ss.

m. octob. 198. *hiems iam eo tempore erat, et, cum T. Quinctius capta Elatia in Phocide ac Locride hiberna disposita haberet, Opunte seditio orta est. factio una Aetolos, qui propiores erant, altera Romanos accersebat. Aetoli priores venerunt; sed opulentior factio exclusis Aetolis missoque ad imperatorem Romanum nuntio usque in adventum eius tenuit urbem,* Liv. XXXII 32, 1—3, cf. Plut. Tit. 5; de tempore vide Holleaux *Rev. ét. gr.* XXXVI 1923, 170.

m. novemb. 198. Colloquium de pacis legibus ad Nicaeam et Thronium inter T. Quinctium Graecosque socios et Philippum habitum. Post reliquos Αἰτωλοὶ πρῶτον μὲν τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης ἐκέλευον (Philippum) ἐξίστασθαι, - - δεύτερον αὐτοῖς ἀποκαθιστάναι τὰς πόλεις ἀβλαβεῖς τὰς πρότερον μετασχούσας τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμπολιτείας. ταῦτα δ' εἰπόντος τοῦ Φαινέου τοῦ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγοῦ [1]), μεταλαβὼν Ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος Ἴσιος acriter in Philippum invectus est imprimis ademptas urbes Lysimachiam, Cium, Echinum, Thebas Phthias, Pharsalum, Larisam exprobrans. Postero die T. Quinctius sine sociis cum rege collocutus ἔφη - - μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Φίλιππον, διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, Αἰτωλοῖς μὲν ἀποδοῦναι Φάρσαλον καὶ Λάρισαν, Θήβας δ' οὐκ ἀποδιδόναι - -. Tertio die ad Thronium conventum est atque hic ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ Φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥώμην, ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὐτῶν πέμπειν ἑκάστους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ καὶ κατηγορήσοντας τοῦ Φιλίππου, Polyb. XVIII 1—10, 2; Liv. XXXII 32,9—36, 8 (de reliquis auctoribus cf. Niese II 621 not. 3); cf. Holleaux *Rev. ét. gr.* XXXVI 1923, 115 ss. (de tempore l. c. 168 ss).

1) Ἀρσινοεύς (cf. nr. 31_{20}), praetor τὸ α' = a. 198/7, Gillischewski 33.

ineunte a. 197. Indutiis bimestribus factis legationes Romam missae sunt; παρὰ δὲ τῶν Αἰτωλῶν ἐπρέσβευον Ἀλέξανδρος Ἴσιος, Δαμόκριτος [1]) Καλυδώνιος, Δικαίαρχος [2]) Τριχονιεύς, Πολέμαρχος Ἀρσινοεύς, Λάμιος Ἀμβρακιώτης, Νικόμαχος Ἀκαρνὰν τῶν ἐκ Θουρίου [3]) πεφευγότων, κατοικούντων δ' ἐν Ἀμβρακίᾳ, Θεόδοτος Φεραῖος, φυγὰς ἐκ Θετταλίας, κατοικῶν δ' ἐν Στράτῳ. Romae sociorum legati εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα πρότερον εἰρημένοις ἦν, imprimis autem flagitabant, ut rex Chalcide, Corintho, Demetriade cederet. Sed Philippi legati ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν. Itaque senatus τὸν πρὸς τὸν Φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο κατάμονον εἶναι, Polyb. XVIII 10, 3—12, 1; Liv. XXXII 36, 8—37, 5; de tempore cf. Holleaux l. c. 160.

1) Cf. supra p. $XXXIV_{38}$. 2) Δικαίαρχος Ἀλεξάνδρου Τριχονεύς, praetor τὸ α' = 195/4, Gillischewski 42, cf. ad nr. 30_{15}. 3) i. e. Θυρρείου. De eius familia cf. Pomt. Syll.[3] 417 not. 12.

vere 197. *Quinctius per eosdem ferme dies* (i. e. *secundum vernum aequinoctium*) *ab Elatia profectus - - ad Thermopylas pervenit. ibi concilium Aetolorum Heracleam indictum* (probabiliter non extraordinarium sed Panaetolicum, cf. Holleaux *BCH* XXIX 1905, 371 not. 4) *tenuit consultantium, quantis auxiliis Romanum ad bellum sequerentur. cognitis sociorum decretis tertio die ab Heraclea Xynias praegressus in confinio Aenianum Thessalorumque positis castris Aetolica auxilia opperiebatur. nihil morati Aetoli sunt; Phaenea duce sescenti pedites cum equitibus quadringentis venerunt,* Liv. XXXIII 3, 6—9; rectius procul dubio Plut. Tit. 7 Αἰτωλοὶ πεζοὺς ἑξακισχιλίους καὶ ἱππεῖς τετρακοσίους παρεῖχον.

aestate 197. Ad Pheras cum proelium inter speculatores committeretur, Aetoli equites duce Eupolemo [1]) fortissime rem gesserunt, Polyb. XVIII 19, 9—12; cf. Liv. XXXIII 6, 6.

Ad Cynoscephalas laborantibus iis copiis Romanorum, quae explorandi causa missae erant, Titus παρακαλέσας τοὺς περὶ τὸν Ἀρχέδαμον [2]) καὶ τὸν Εὐπόλεμον [1]) Αἰτωλοὺς καὶ δύο τῶν παρ' αὐτοῦ χιλιάρχων, ἐξέπεμψε μετὰ πεντακοσίων ἱππέων καὶ δισχιλίων πεζῶν. ὧν προσγενομένων τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀκροβολιζομένοις, παραυτίκα τὴν ἐναντίαν ἔσχε διάθεσιν ὁ κίνδυνος· οἱ μὲν γὰρ Ῥωμαῖοι - - ἐπερρώσθησαν πρὸς τὴν χρείαν, οἱ δὲ Μακεδόνες - - προσέφυγον πρὸς τοὺς ἄκρους καὶ διεπέμποντο πρὸς τὸν βασιλέα περὶ βοηθείας. Magno autem subsidio adducto Macedones denuo adorti τοὺς Ῥωμαίους ἤλαυνον ἐκ μεταβολῆς ἀπὸ τῶν ἄκρων. μέγιστον δ' αὐτοῖς ἐμπόδιον ἦν τοῦ μὴ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους ὁλοσχερῶς ἡ τῶν Αἰτωλικῶν ἱππέων φιλοτιμία· πάνυ γὰρ ἐκθύμως οὗτοι καὶ παραβόλως ἐκινδύνευον. - - τούτων παρακατασχόντων τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων, οὐκέτι συνηλάσθησαν ἕως εἰς τοὺς ἐπιπέδους τόπους, βραχὺ δ' ἀποσχόντες ἐκ μεταβολῆς ἔστησαν, Polyb. l. c. 21, 5—22, 6; cf. Liv. l. c. 7, 7—13.

1) Εὐπόλεμος Ὑπαταῖος, praetor τὸ α' = a. 189/8, cf. Gillischewski 55 et ad nr. 4_{3}. 2) Ἀρχέδαμος Φόλας, praetor τὸ α' = a. 191/0, cf. Gillischewski 48.

Pugna ad Cynoscephalas finita Romani ὥρμησαν ἐπὶ τὴν διαρπαγὴν τοῦ τῶν πολεμίων χάρακος· ἔνθα δὴ καταλαβόντες τοὺς Αἰτωλοὺς προεμπεπτωκότας καὶ δόξαντες στέρεσθαι τῆς σφίσι καθηκούσης ὠφελείας, ἤρξαντο καταμέμφεσθαι τοὺς Αἰτωλούς, Polyb. l. c. 27, 3—4; cf. Liv. l. c. 10, 6. Atque a Plutarcho (Tit. 8) narratur: τοῦ δὲ τὸν Φίλιππον ἀσφαλῶς ἀπελθεῖν τὴν αἰτίαν ἔλαβον Αἰτωλοί, περὶ ἁρπαγὴν γενόμενοι καὶ πόρθησιν τοῦ χάρακος ἔτι τῶν Ῥωμαίων διωκόντων, ὥστε μηθὲν εὑρεῖν ἐκείνους ἐπανελθόντας.

T. Quinctius Aetolis ob τὴν περὶ τὰ λάφυρα πλεονεξίαν suscensebat. δυσχερῶς δ' ἔφερε καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, θεωρῶν ἀντεπιγραφομένους ἐπὶ τὸ νίκημα καὶ πληροῦντας τὴν Ἑλλάδα τῆς αὐτῶν ἀνδραγαθίας. διὸ καὶ κατά τε τὰς ἐντεύξεις ἀγερωχότερον αὐτοῖς ἀπήντα καὶ περὶ τῶν κοινῶν ἀπεσιώπα, τὰ δὲ προκείμενα συνετέλει

καὶ δι᾽ αὑτοῦ καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων. Atque cum Quinctius Philippo non solum indutias quindecim dierum concessisset sed etiam comiter colloquio diem constituisset, Aetolis διπλαϲίωϲ ἐξεκάετο τὰ τῆϲ ὑπονίαϲ κατὰ τοῦ Τίτου, Polyb. XVIII 34; cf. Liv. XXXIII 11, 3—10; Plut. Tit. 9, qui affert Alcaei carmen, quo Aetoli priore loco, altero demum Romani propter victoriam laudantur; Appian. Maced. 9.

Ante colloquium cum rege habitum πρὸϲ τὴν εἰϲβολὴν τῶν Τεμπῶν a T. Quinctio consilium sociorum convocatum est. Ubi Ἀλέξανδροϲ ὁ Αἰτωλὸϲ - - μίαν ὑπάρχειν ἔφη διάλυϲιν πρὸϲ Μακεδόναϲ τὸ Φίλιππον ἐκβάλλειν ἐκ τῆϲ ἀρχῆϲ. Quod Quinctius denegavit, Αἰτωλοὺϲ δὲ κυρίουϲ εἶναι βουλευομένουϲ ὑπὲρ ϲφῶν αὐτῶν. Atque adversantem deinde Phaeneam ὁ Τίτοϲ αὐτόθεν ἐξ ἕδραϲ καὶ θυμικῶϲ increpuit. — Tertio die cum Philippus admissus omnia, quae Romani sociique antea postulassent, se facturum esse dixisset et Phaeneas de reddendis urbibus Larisa Cremaste, Pharsalo, Thebis Phthiis, Echino interrogaret, ὁ μὲν οὖν Φίλιπποϲ ἐκέλευε παραλαμβάνειν αὐτούϲ, ὁ δὲ Τίτοϲ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἔφη δεῖν οὐδεμίαν, Θήβαϲ δὲ μόνον τὰϲ Φθίαϲ· Θηβαίουϲ γὰρ ἐγγίϲαντοϲ αὐτοῦ μετὰ τῆϲ δυνάμεωϲ καὶ παρακαλοῦντοϲ ϲφᾶϲ εἰϲ τὴν Ῥωμαίων πίϲτιν οὐ βουληθῆναι· διὸ νῦν, κατὰ πόλεμον ὑποχειρίων ὄντων, ἔχειν ἐξουϲίαν ἔφη βουλεύεϲθαι περὶ αὐτῶν ὡϲ ἂν προαιρῆται. τῶν δὲ περὶ τὸν Φαινέαν ἀγανακτούντων, καὶ λεγόντων ὅτι δέον αὐτοὺϲ εἴη, πρῶτον μὲν καθότι ϲυνεπολέμηϲαν νῦν, κομίζεϲθαι τὰϲ πόλειϲ τὰϲ πρότερον μεθ᾽ αὑτῶν ϲυμπολιτευομέναϲ, ἔπειτα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆϲ ϲυμμαχίαν, καθ᾽ ἣν ἔδει τῶν κατὰ πόλεμον ἁλόντων τὰ μὲν ἔπιπλα Ῥωμαίων εἶναι τὰϲ δὲ πόλειϲ Αἰτωλῶν, ὁ Τίτοϲ ἀγνοεῖν αὐτοὺϲ ἔφη κατ᾽ ἀμφότερα. τήν τε γὰρ ϲυμμαχίαν λελύϲθαι, καθ᾽ ὃν καιρὸν τὰϲ διαλύϲειϲ ἐποιήϲαντο πρὸϲ Φίλιππον ἐγκαταλείποντεϲ Ῥωμαίουϲ, εἴ τε καὶ μένειν ἔτι τὴν ϲυμμαχίαν, δεῖν αὐτοὺϲ κομίζεϲθαι καὶ παραλαμβάνειν, οὐκ εἴ τινεϲ ἐθελοντὴν ϲφᾶϲ εἰϲ τὴν Ῥωμαίων πίϲτιν ἐνεχείριϲαν, ὅπερ αἱ κατὰ Θετταλίαν πόλειϲ ἅπαϲαι πεποιήκαϲι νῦν, ἀλλ᾽ εἴ τινεϲ κατὰ κράτοϲ ἑάλωϲαν. τοῖϲ μὲν οὖν ἄλλοιϲ ὁ Τίτοϲ ἤρεϲκε ταῦτα λέγων, οἱ δ᾽ Αἰτωλοὶ βαρέωϲ ἤκουον. Tum indutiis quattuor mensum factis πάντεϲ ἔπεμπον εἰϲ τὴν Ῥώμην, οἱ μὲν ϲυνεργοῦντεϲ, οἱ δ᾽ ἀντιπράττοντεϲ τῇ διαλύϲει, Polyb. XVIII 36—39; cf. Liv. XXXIII 12—13; Appian. Maced. 9. Cf. etiam Täubler Imp. Rom. I 212/3 et Holleaux *Rome* 217 not. 3.

hieme 197/6. Legatorum Romam adventus. λόγων δὲ πλειόνων γενομένων ἐν τῇ ϲυγκλήτῳ, ταύτῃ μὲν ἐδόκει βεβαιοῦν τὰϲ ὁμολογίαϲ, atque etiam populus κατὰ τὴν τοῦ Τίτου προαίρεϲιν ἐπεκύρωϲε τὰϲ διαλύϲειϲ. A senatu decem legati in Graeciam creati sunt. Contenderunt tum apud senatum Aetoli etiam cum Achaeis de Heraeorum oppido, Polyb. XVIII 42; cf. Liv. XXXIII 24, 5—7. 25, 5—7.

ineunte a. 196. Tito Elatiae hibernante Zeuxippus et Pisistratus Boeoti, Romanorum amici, *tollere Brachyllem, principem fautorum regis* (proxime Boeotarchen creatum), *statuerunt.* ὁ δὲ Τίτοϲ ταῦτα διακούϲαϲ αὐτὸϲ μὲν οὐκ ἔφη κοινωνεῖν τῆϲ πράξεωϲ ταύτηϲ, τοὺϲ δὲ βουλομένουϲ πράττειν οὐ κωλύειν· καθόλου δὲ λαλεῖν αὐτοὺϲ ἐκέλευε περὶ τούτων Ἀλεξαμενῷ τῷ τῶν Αἰτωλῶν ϲτρατηγῷ (Calydonio, Gillischewski 38). τῶν δὲ περὶ τὸν Ζεύξιππον πειθαρχηϲάντων καὶ διαλεγομένων, ταχέωϲ ὁ προειρημένοϲ πειϲθεὶϲ καὶ ϲυγκαταθέμενοϲ τοῖϲ λεγομένοιϲ τρεῖϲ μὲν τῶν Αἰτωλικῶν ϲυνέϲτηϲε, τρεῖϲ δὲ τῶν Ἰταλικῶν νεανίϲκων τοὺϲ προϲοίϲονταϲ τὰϲ χεῖραϲ τῷ Βραχύλλῃ. Qui *cum in publico epulatus reverteretur domum temulentus* ab illis *circumventus occiditur*, Polyb. XVIII 43 et Liv. XXXIII 28, 1—3.

vere 196. ἧκον ἐκ τῆϲ Ῥώμηϲ οἱ δέκα - - κομίζοντεϲ τὸ τῆϲ ϲυγκλήτου δόγμα τὸ περὶ τῆϲ πρὸϲ Φίλιππον εἰρήνηϲ. ἦν δὲ τὰ ϲυνέχοντα τοῦ δόγματοϲ ταῦτα· τοὺϲ μὲν ἄλλουϲ Ἕλληναϲ πάνταϲ - - ἐλευθέρουϲ ὑπάρχειν καὶ νόμοιϲ χρῆϲθαι τοῖϲ ἰδίοιϲ· τοὺϲ δὲ ταττομένουϲ ὑπὸ Φίλιππον καὶ τὰϲ πόλειϲ τὰϲ ἐμφρούρουϲ παραδοῦναι Φίλιππον Ῥωμαίοιϲ πρὸ τῆϲ τῶν Ἰϲθμίων πανηγύρεωϲ - - . περὶ δὲ τῆϲ τῶν Κιανῶν ἐλευθερώϲεωϲ Τίτον γράψαι πρὸϲ Προυϲίαν κατὰ τὸ δόγμα τῆϲ ϲυγκλήτου. - - μόνοι δ᾽ Αἰτωλοί, δυϲχεραίνοντεϲ ἐπὶ τῷ μὴ τυγχάνειν ὧν ἤλπιζον, κατελάλουν τὸ δόγμα, φάϲκοντεϲ οὐ πραγμάτων, ἀλλὰ γραμμάτων μόνον ἔχειν αὐτὸ διάθεϲιν· mutatos esse dominos, non liberatos Graecos. πλεοναζούϲηϲ δὲ τῆϲ τῶν Αἰτωλῶν διαβολῆϲ καὶ πιϲτευομένηϲ παρ᾽ ἐνίοιϲ, πολλοὺϲ καὶ ποικίλουϲ ἠναγκάζετο ποιεῖϲθαι λόγουϲ ὁ Τίτοϲ ἐν τῷ ϲυνεδρίῳ, quod Corinthi cum decem legatis habebat, atque impetravit, ut solae Acrocorinthus, Demetrias, Chalcis a Romanis retinerentur, Polyb. XVIII 44—45; Liv. XXXIII 30—31; cf. etiam Plut. Tit. 10.

aestate 196. Post Isthmia Quinctius et decem legati εἰϲεκαλοῦντο πάνταϲ τοὺϲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων παραγεγονόταϲ καὶ τὰ δόξαντα τῷ ϲυνεδρίῳ διεϲάφουν. - - Θετταλοῖϲ δὲ μετὰ τῆϲ ἐλευθερίαϲ καὶ τοὺϲ Ἀχαιοὺϲ τοὺϲ Φθιώταϲ προϲένειμαν, ἀφελόμενοι Θήβαϲ τὰϲ Φθίαϲ καὶ Φάρϲαλον· οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ περί τε τῆϲ Φαρϲάλου μεγάλην ἐποιοῦντο φιλοτιμίαν, φάϲκοντεϲ αὑτῶν δεῖν ὑπάρχειν κατὰ τὰϲ ἐξ ἀρχῆϲ ϲυνθήκαϲ (sc. a. 212), ὁμοίωϲ δὲ καὶ περὶ Λευκάδοϲ. οἱ δ᾽ ἐν τῷ ϲυνεδρίῳ περὶ μὲν τούτων τῶν πόλεων ὑπερέθεντο τοῖϲ Αἰτωλοῖϲ τὸ διαβούλιον πάλιν ἐπὶ τὴν ϲύγκλητον, τοὺϲ δὲ Φωκέαϲ καὶ τοὺϲ Λοκροὺϲ (sc. orientales)[1]) ϲυνεχώρηϲαν αὐτοῖϲ ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον, ἐν τῇ ϲυμπολιτείᾳ. - - τὴν Ἡραιῶν πόλιν (cf. supra$_{50}$) Ἀχαιοῖϲ ἀπέδωκαν, Polyb. XVIII 47, 5—10; Liv. XXXIII 34, 7—9. Apparet igitur Thebas Phthioticas Aetolis redditas esse, ut Flamininus concesserat (supra$_{22}$), cf. Salvetti *Studi stor. ant.* II 124; Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 184. Probabiliter vero Aetoli ea quoque oppida retinuerunt, quae a. 198 in Dolopia, Thessaliotide, Achaia Phthiotide occupaverant (Holleaux l. c. 183 not. 1), quoniam praeter Thebas etiam Melitea, Thaumaci, Xyniae et ea Thessaliotidis pars, quae ad meridiem et occidentem spectat, in eorum possessione remane-

bant, cf. Salvetti l. c.; Dolopia tota ad Aetolorum foedus se applicasse videtur, cf. Swoboda *Staatsaltert.* 340 not. 3; Holleaux l. c. 195. Contra Aetolis nec Pharsalus nec Leucas neque Echinus neque *quaedam aliae civitates* (velut Larisa Cremaste) redditae sunt, cf. infra $_{42}$ et $_{54}$.

[1]) Sed pars Hypocnemidiorum (velut Larymna et Halae) in dicione Boeotorum remansit, cf. *Klio* XX 83.

autumno 196. εὐθέως ἀπ᾽ ἐκείνου (= Φιλίππου) χωρισθέντες (οἱ περὶ Γναῖον τὸν Κορνήλιον [unum ex decem Romanorum legatis]) ἧκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον, καὶ παρελθόντες εἰς τὰ πλήθη παρεκάλουν τοὺς Αἰτωλοὺς διὰ πλειόνων μένειν ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεως καὶ διαφυλάττειν τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιαν. πολλῶν δὲ παρισταμένων, καὶ τῶν μὲν πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρούντων αὐτοῖς ἐπὶ τῷ μὴ κοινωνικῶς χρῆσθαι τοῖς εὐτυχήμασι μηδὲ τηρεῖν τὰς ἐξ ἀρχῆς συνθήκας, τῶν δὲ λοιδορούντων καὶ φασκόντων οὔτ᾽ ἂν ἐπιβῆναι τῆς Ἑλλάδος οὐδέποτε Ῥωμαίους οὔτ᾽ ἂν νικῆσαι Φίλιππον, εἰ μὴ δι᾽ ἑαυτούς, τὸ μὲν ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἕκαστα τούτων οἱ περὶ τὸν Γναῖον ἀπεδοκίμασαν, παρεκάλουν δ᾽ αὐτοὺς πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥώμην, διότι πάντων παρὰ τῆς συγκλήτου τεύξονται τῶν δικαίων· ὃ καὶ πεισθέντες ἐποίησαν, Polyb. XVIII 48, 5—9; Liv. XXXIII 35, 8—12 (de errore Livii cf. Holleaux *BCH* XXIX 1905, 364).

— In Aegypto Scopas Aetolus, qui seditionem paraverat, in custodia simul cum cognatis et amicis, inter quos etiam Dicaearchus (vide p. XXXII$_{108}$) erat, necatus est. τῶν δὲ λοιπῶν Αἰτωλῶν τοὺς βουλομένους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαλλάττεσθαι πάντας ἀπέλυσεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν ὑπαρχόντων. Aderant autem tum Alexandriae ἐπὶ τὰς διαλύσεις (sc. τὰς Ἀντιόχου καὶ Πτολεμαίου) legati quoque Aetolorum, ἐν οἷς ἦν καὶ Δωρίμαχος ὁ Νικοστράτου, sed ne hi quidem pro Scopa deprecati sunt, Polyb. XVIII 53—54. De tempore (probabiliter m. Sept./Oct.) cf. Holleaux *Rev. ét. anc.* XV 1913, 9 not. 3.

196/5. Pleuronii non Aetolorum sunt, cf. ad nr. 30$_{13}$.

inter a. 196—193 aut 193—185. Oppida Calydon et Proschium per aliquod tempus non Aetolorum sunt, cf. ad nr. 31$_{26\cdot 27}$.

ineunte saec. II. - - - - Δάμου Ναυπάκτιος proxenia a Deliis donatur, IG XI 4, 837.

ineunte a. 195. Aetolorum *legatos* (cf. supra $_{21}$) *Pharsalum et Leucadem et quasdam alias civitates ex primo foedere repetentis senatus ad T. Quinctium reiecit,* Liv. XXXIII 49, 8; de tempore cf. Nissen *Krit. Unters.* 152.

vere 195. *Quinctius conventum Corinthum omnium sociarum civitatium legationibus in diem certam edicit. - - ne Aetoli quidem* absunt; de Argis a Nabide liberandis deliberatum est. Ubi *Alexander, princeps gentis* [1]), *invectus primum in Atheniensis,* quorum legatus Romanorum in Graecos merita extulerat, *questus deinde - - Aetolos, primos hostis Philippi, semper socios Romanorum, pactos in foedere suas urbes agrosque fore devicto Philippo, fraudari Echino et Pharsalo, insimulavit fraudis Romanos, quod vano titulo libertatis ostentato Chalcidem et Demetriadem praesidiis tenerent - -, postremo quia manendi in Graecia retinendique exercitus Argos et Nabim causam facerent. Deportarent legiones in Italiam; Aetolos pollicери aut condicionibus et voluntate sua Nabim praesidium Argis deducturum, aut vi atque armis coacturos in potestate consentientis Graeciae esse.* Sed *cunctis undique increpantibus Aetolos* bellum decretum est. Quinctius *auxilia ut pro viribus suis quaeque civitates mitterent, est hortatus. ad Aetolos legatum etiam misit, magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam spe impetrari posse,* Liv. XXXIV 22, 6—24.

[1]) sc. Alexander Isius (cf. p. XXXV$_{19}$), non Alexander Calydonius, qui hoc anno praetor (τὸ β′) erat, cf. Gillischewski 40.

aestate 195. Bello contra Nabim gesto Aetoli non interfuerunt, quamquam Nabis auxilia eorum exspectaverat, cf. Liv. XXXIV 37, 5. 41, 9. Pace facta Aetoli condiciones *omnibus conciliis lacerare: - - Nabidis dominationis satellitem factum populum Romanum,* Liv. l. c. 41, 5—6.

— Legati Romanorum in senatu Carthaginiensium exponunt *compertum patribus Romanis esse - - litteras nuntiosque ab eo* (sc. Hannibale) *ad Antiochum et Aetolos missos,* Liv. XXXIII 49, 1—2. Contra haec *falsa nuntiata* fuisse auctor est Iustin. XXXI 1, 9. De anno cf. Holleaux *Herm.* XLIII 1908, 296 ss. et XLVIII 1913, 82 not. 2; Meltzer-Kahrstedt *Gesch. d. Karth.* III 584 not. 1.

vere 194. *veris initio Corinthum conventu edicto,* quo *omnium civitatium legationes* venerunt, Flamininus pronuntians se cum omni exercitu in Italiam profecturum et Demetriadis Chalcidisque praesidia intra decimum diem, Acrocorinthi extemplo deducturum esse contumeliose de Aetolis dixit (Liv. XXXIV 48, 3—49). Quos tum adfuisse vix est probabile.

exeunte aestate 193. Aetoli *post deportatos ex Graecia exercitus primo in spe fuerant et Antiochum in vacuam Europae possessionem venturum, nec Philippum aut Nabim quieturos. ubi nihil usquam moveri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia, concilium* (sc. extraordinarium) *Naupactum indixerunt. ibi Thoas praetor eorum* [1]) *- - legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum temptarent animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. Damocritus*[2]) *ad Nabim, Nicander*[3]) *ad Philippum, Dicaearchus*[4]), *frater praetoris, ad Antiochum est missus. - - et reges tamen aut non moti* (= Philippus) *aut tardius* (= Antiochus) *moti sunt; Nabis extemplo circa omnis maritimos vicos* (sibi a Romanis ademptos) *dimisit ad seditiones in iis miscendas,* Liv. XXXV 12, 2—13, 1. De tempore cf. Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 203.

[1]) Θόας Ἀλεξάνδρου Τριχονεύς (cf. ad nr. 30$_{15}$), tum (sc. a. 194/3) praetor τὸ β′, Gillischewski 44. [2]) Δαμόκριτος Στρατάγου Καλυδώνιος (p. XXXIV$_{88}$), praetor (τὸ β′) insequentis anni, Gillisch. 29. [3]) Νίκανδρος Βίττου Τριχόνιος (Gillisch. 50), tum hipparchus, nr. 187$_{3}$. [4]) Δικαίαρχος Ἀλεξάνδρου Τριχονεύς (p. XXXV$_{53}$).

hieme 193/2. Post praeturam Thoas ad Antiochum se contulit, cf. infra $_{14}$.

— Nabidi ab Aetolis auxiliares missi sunt, Liv. XXXV 35, 12.

ineunte a. 192. *legati Romanorum* (duce Flaminino) *circuire sociorum urbes solliciti, ne Aetoli partis alicuius animos ad Antiochum avertissent. - - accuratior* Demetriade, quo Magnetum concilium indictum erat, *habenda oratio fuit, quod pars principum alienati Romanis totique Antiochi et Aetolorum erant,* inter eos etiam Eurylochus, qui tum Magnetarches erat. Qui cum in dicendi contentione inferior esset et Romanorum pars vinceret, *ex concilio - - protinus in Aetoliam profugit,* Liv. XXXV 31—32, 1.

vere 192. *Thoas, princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat inde Menippumque secum adduxerat regis legatum. qui, priusquam concilium iis daretur, impleverant omnium aures terrestris navalisque copias commemorando - -. apparebat, quid ea oratio in concilio motura esset - -.* Itaque ab Atheniensibus *Quinctius petit, ut legatos ad Panaetolicum concilium mitterent.* Qui in eo concilio, postquam Thoas et Menippus locuti sunt, Aetolorum animos sedare studuerunt atque admonuerunt, ut cum Romanis, *dum integra omnia essent, verbis potius de iis, quae ambigerentur, disceptarent quam Asiam Europamque ad funestum armarent bellum. multitudo avida novandi res Antiochi tota erat, et ne admittendos quidem in concilium Romanos censebant; principum maxime seniores auctoritate obtinuerunt, ut daretur iis concilium.*

hoc decretum Athenienses cum rettulissent, eundum in Aetoliam Quinctio visum est. - - postquam ventum est eo, Quinctius in concilio - - pauca de iure civitatium, de quibus ambigeretur, disseruit: si quid tamen aequi se habere arbitrarentur, legatos mitterent Romam. *Thoas deinde ceterique factionis eiusdem cum adsensu omnium auditi pervicerunt, ut ne dilato quidem concilio et absentibus Romanis decretum fieret, quo accerseretur Antiochus ad liberandam Graeciam disceptandumque inter Aetolos et Romanos. huic - - decreto addidit propriam contumeliam Damocritus praetor eorum* (cf. p. XXXVII$_{105}$)*: nam cum id ipsum decretum posceret eum Quinctius, - - aliud in praesentia, quod magis instaret, praevertendum sibi esse dixit; decretum responsumque in Italia brevi castris super ripam Tiberis positis daturum. - - Quinctius legatique Corinthum redierunt.* Liv. XXXV 32, 2—34, 1.

aestate 192. Aetoli *post dimissos Romanos - - per apocletos — ita vocant sanctius consilium; ex delectis constat viris* (cf. Swoboda *Staatsaltert.* 361) — *id agitabant, quonam modo in Graecia res novarentur. - - consilium - - ceperunt Demetriadem Chalcidem Lacedaemonem occupandi. singuli in singulas principes missi sunt, Thoas* (cf. p. XXXVII$_{104}$) *Chalcidem, Alexamenus* (cf. p. XXXVI$_{60}$) *Lacedaemonem, Diocles Demetriadem. hunc exul Eurylochus* (supra $_{10}$) *- - adiuvit. litteris Eurylochi admoniti propinqui amicique et qui eiusdem factionis erant* impetraverunt, ut revocaretur. *his praeparatis Diocles cum omni equitatu — et erat tum praefectus equitum — specie reducentis exulem hospitem* Demetriadem intravit et occupavit; principes adversae factionis interfecti sunt, Liv. XXXV 34, 2—12.

causam mittendi ad (Nabin) *habuerunt, quod fatigabat precibus, ut auxilia sibi, cum illis auctoribus rebellasset, mitterentur. mille pedites Alexameno dati sunt et triginta delecti ex iuventute equites. iis a praetore Damocrito - - denuntiatur, ne se ad bellum Achaicum - - crederent missos esse; quidquid Alexamenum res monuisset subiti consilii capere, ad id - - oboedienter exequendum parati essent - -.* Alexamenus cum Lacedaemonem venisset, data occasione cum equitibus Nabin trucidavit. Tum regia occupata *diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni absumpsit; Aetoli velut capta urbe - - in praedam versi.* Lacedaemonii tandem *armis arreptis Aetolos vagos per urbem caedunt. tum regiam invadunt; ibi Alexamenum cum paucis resistentem obtruncant. Aetoli circa Chalcioecon - - congregati caeduntur; pauci armis abiectis pars Tegeam pars Megalen polin perfugiunt; ibi comprensi a magistratibus sub corona venierunt. Philopoemen - - societati Achaeorum Lacedaemonios adiunxit,* Liv. l. c. 35, 3—37, 2, cf. Paus. VIII 50, 10.

iisdem diebus circa Chalcidem Thoas per Euthymidam principem[1]*, pulsum opibus eorum, qui Romanae societatis erant, post T. Quinctii legatorumque adventum, et Herodorum, Cianum mercatorem, sed potentem Chalcide propter divitias, praeparatis ad proditionem iis, qui Euthymidae factionis erant,* rem gessit. *- - in Maliaco sinu duo milia peditum Thoas et ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat. eas cum sexcentis peditibus Herodorus traicere* (Thronio) *in insulam Atalanten iussus, ut inde, cum pedestris copias appropinquare iam Aulidi atque Euripo sensisset, Chalcidem traiceret; ipse ceteras copias nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.* Sed Chalcidenses cum Eretriensibus Carystiisque auxilio vocatis tuenda moenia *tradidissent, ipsi omnibus copiis transgressi Euripum ad Salganea posuerunt castra.* Itaque postquam a Chalcidensibus per legatos repulsam tulerunt, *Thoas et Aetoli, ut qui spem omnem in eo, ut improviso opprimerent, habuissent, ad iustum bellum oppugnationemque urbis mari ac terra munitae haudquaquam pares, domum rediere,* Liv. l. c. 37, 4—38, 12.

[1] Euthymidas iam a. 208/7 ab Aetolis proxenia donatus erat, nr. 31$_{67}$.

autumno 192. Thoas Aetolus iterum ad Antiochum se contulit atque omni modo *regis spem inflabat.* Itaque Antiochus *Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Aetolos elatus non ultra differre profectionem in Graeciam constituit. - - ad Pteleum primum continentis venit. - - die postero in portum urbis* (Demetriadis) *navibus est invectus; copias haud procul inde exposuit. decem milia peditum fuere et quingenti equites, sex elephanti,* Liv. XXXV 42, 4—43, 6; cf. etiam Appian. Syr. 12. De tempore Anti-

ochi adventus (m. Oct.) cf. Leuze *Herm.* LVIII 1923, 245 not. 3; Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 208.

Aetoli, postquam Demetriadem venisse Antiochum adlatum est, concilio indicto decretum, quo accerserent eum, fecerunt. iam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat, Phalara in sinum Maliacum processerat. inde decreto accepto Lamiam venit, exceptus ingenti favore multitudinis - -. in concilium ut ventum est, aegre a Phaenea praetore (τὸ β΄, cf. Gillischewski 35) *principibusque aliis introductus facto silentio dicere orsus rex.* Excusans se de praesenti parvo numero militum suorum promisit, *simul primum anni tempus navigabile praebuisset mare,* ingentes copias, ingentes classes venturas esse, quibus *depulso cervicibus eorum imperio Romano liberam vere Graeciam atque in ea principes Aetolos* facturus esset. *cum exercitibus commeatus quoque omnis generis ex Asia venturos; in praesentia curae esse Aetolis debere, ut copia frumenti suis et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur. in hanc sententiam rex cum magno omnium adsensu locutus discessit,* Liv. l. c. 43, 7—45, 1.

post discessum regis inter duos principes Aetolorum, Phaeneam et Thoantem, contentio fuit. Phaeneas reconciliatore pacis et disceptatore de iis, quae in controversia cum populo Romano essent, utendum potius Antiocho censebat quam duce belli - -. Thoas negare paci studere Phaeneam, sed discutere apparatum belli velle, ut taedio et impetus relanguescat regis et Romani tempus ad comparandum habeant. - - orandum potius regem, ut - - copias quoque terrestris navalisque accersat. - - haec vicit sententia, imperatoremque (αὐτοκράτορα ϲτρατηγόν, Appian. Syr. 12) *regem appellandum censuerunt et* τριάκοντα τῶν ἀποκλήτων προεχειρίϲαντο τοὺϲ ϲυνεδρεύϲονταϲ μετὰ τοῦ βαϲιλέωϲ, Liv. l. c. 45, 2—9 et Polyb. XX 1.

rex postero die cum apocletis eorum, unde bellum ordiretur, consultabat (= Polyb. XX 1). *optimum visum est Chalcidem - - primum adgredi - -. itaque cum mille peditibus rex, qui ab Demetriade secuti erant, profectus per Phocidem est, et alio itinere principes Aetoli iuniorum paucis evocatis ad Chaeroniam occurrerunt et decem constratis navibus secuti sunt. rex ad Salganea castris positis navibus ipse cum principibus Aetolorum Euripum traiecit.* Colloquium inter Aetolos et Chalcidenses. Qui responderunt sibi *certum esse non modo non recipere moenibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci nisi ex auctoritate Romanorum. haec renuntiata regi ad naves, ubi restiterat, cum essent, in praesentia - - reverti Demetriadem placuit. ibi - - consultare cum Aetolis rex, quid deinde fieret. placuit Boeotos Achaeos Amynandrum regem Athamanum temptare,* Liv. l. c. 46, 2—47, 2.

hieme 192/1. Philippum, Amynandri affinem, *Aetoli et Antiochus inpulerant in spem Macedoniae regni, quod is vere regum stirpis esset, si Amynandrum Athamanesque Antiocho coniunxisset. et ea vanitas promissorum non apud Philippum modo sed etiam apud Amynandrum valuit,* Liv. XXXV 47, 5—8; cf. Appian. Syr. 13.

in Achaia legatis Antiochi Aetolorumque coram T. Quinctio Aegii datum est concilium. Post Antiochi legatum *idem ferme et Aetolorum legatus Archidamus* (i. e. Ἀρχέδαμοϲ Φόλαϲ, cf. p. XXXV_{94}) *petit, ut - - quietem praestarent, spectatoresque belli* essent. *provectus deinde est - - in maledicta nunc communiter Romanorum, nunc proprie ipsius Quinctii - -.* Cum Flamininus respondisset, *nulla nec disceptatio nec dubitatio fuit, quin omnes - - bellum et Antiocho et Aetolis nuntiari iuberent,* Liv. l. c. 48—50, 2; de tempore cf. Polyb. XXXIX 3, 8: τετραμήνῳ πρότερον τῆϲ Ῥωμαίων διαβάϲεωϲ (‘*November*’ Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 210). — Sed ex reliquis Peloponnesiis Elei et Messenii *cum Aetolis sentiebant,* Liv. XXXVI 31, 2, cf. Polyb. XX 3; Liv. l. c. 5, 1—3.

οἱ Βοιωτοὶ ἀπεκρίθηϲαν τοῖϲ πρεϲβευταῖϲ διότι παραγενομένου τοῦ βαϲιλέωϲ πρὸϲ αὐτούϲ, τότε βουλεύϲονται περὶ τῶν παρακαλουμένων, Polyb. XX 2; Liv. XXXV 50, 5.

Antiochus cum iterum ad expugnandam Chalcidem proficisceretur, praeter suas copias etiam *ex ea copia, quae Lamiae repente colligi potuit, non ita multos Aetolos ducit. - - Antiochus admoto ad Aulidem exercitu, cum rursus oratores partim ex suis partim Aetolos Chalcidem misisset, qui eadem illa, quae nuper, cum minis gravioribus agerent, - - facile tenuit, ut portae sibi aperirentur,* Liv. l. c. 50, 6—51, 6.

Antiochus Boeotorum *quoque gente adiuncta* (Thebis) *Chalcidem regressus, praemissis inde litteris, ut Demetriadem convenirent principes Aetolorum, cum quibus de summa rerum deliberaret, navibus eo ad diem indictum concilio venit. - -* hiems *tum ferme media erat,* Liv. XXXVI 6, 6—9. Inter Aetolos Thoas aderat, ibid. 7, 12. Concilio, in quo Hannibal frustra locutus erat, habito *legati Larisam ad concilium Thessalorum sunt missi, et Aetolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est dictus; eodem et rex cum suis copiis confestim venit. - - Antiocho ad Pheras iam castra habenti, ubi coniunxerant ei se Aetoli et Amynander, legati ab Larisa venerunt - - orantes, ut remoto exercitu per legatos, si quid ei videretur, secum disceptaret.* Sed Antiochus Pheraeorum quoque animis frustra tentatis urbem in deditionem subegit atque multa alia oppida Thessaliae occupavit; *tunc adgredi Larisam constituit - -. per eosdem dies - - Menippus* (dux Antiochi) *cum tribus milibus peditum Aetolorum et ducentis equitibus in Perrhaebiam profectus Malloeam et Cyretias vi cepit et depopulatus est agrum Tripolitanum. his raptim peractis Larisam ad regem redeunt.* Qui cum Romani ex Illyria subsidio missi appropinquarent, *ab Larisa recessit et Demetriadem rediit, Aetolique - - in suos receperunt se fines,* Liv. l. c. 8, 2—10, 12 (ca. mense Ianuario, Kromayer *Ant. Schlachtfelder* II 221; Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 211).

vere 191. Antiochus *principio veris* duces suos *Stratum Aetoliae copias ducere iussit; ipse Delphis sacrificio Apollini facto Naupactum processit. consilio principum Aetoliae habito via, quae praeter Calydonem et Lysimachiam fert

ad Stratum, suis, qui per Maliacum sinum veniebant, occurit. Sed expeditione contra Acarnanes fere irrita facta *per Aetoliae ac Phocidis urbis Chalcidem rediit,* Liv. XXXVI 11, 5—12, 11; Appian. Syr. 16.

Eodem tempore Philippus et Romani in Thessalia felicissime bellum gerunt; Aetoli ipsi Malloeam, Cyretias, Eritium (cf. Stählin *Hell. Thess.* 28 not. 10) amittunt, Liv. l. c. 13, 4—5. Amynander cum Philippus in Athamaniam invaderet, cum coniuge liberisque ad Aetolos Ambraciam fugit, 14, 9. Etiam in Achaiam Phthiotidem consul M.' Acilius procedit; ad Thaumacos Aetoli frustra resistere conantur. Hoc quoque oppido capto *altero die consul ad Spercheum amnem pervenit, inde Hypataeorum agros vastavit,* 14, 12—15.

Interea Antiochus Chalcide *nuntios in Aetoliam misit, ut omni contracta iuventute convenirent Lamiam, et ipse eo* copias suas *duxit.* Sed Aetolorum tantummodo quattuor milia convenerunt; nam principes dixerunt se *nec auctoritate nec gratia nec imperio adversus detractantes militiam valuisse.* Rex, qui ipse *intra saltum Thermopylarum sese recepit,* Aetolos *partim ad Heracleam praesidio obtinendam - - partim Hypatam mittit.* Postquam autem *consul depopulatus Hypatensem primo deinde Heracleensem agrum, inutili utrobique auxilio Aetolorum, in ipsis faucibus - - posuit castra,* rex *nuntium - - ad Aetolos mittit,* quorum *utraeque manus Heracleam sese incluserunt, - - ut vertices circa montium occuparent - -, ne qua transire Romani possent.* Sed Aetoli inter se dissidentes *duo milia Heracleae substiterunt, duo trifariam divisa Callidromum et Rhoduntiam et Tichiunta — haec nomina cacuminibus sunt — occupavere,* 15 16.

Romani cum nocte ante pugnam in Thermopylis factam Aetolos aggrederentur, ad castella quidem Tichiunta et Rhoduntiam repulsi sunt, sed ab iugo Callidromi eos incautos et plerosque sopitos oppressos deiecerunt et sic maximum momentum ad fugam regiarum copiarum attulerunt. Castra autem Romanorum *temptata - - inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis Heracleam obtinentibus praesidio* rediens consul liberavit, 18, 8 -19, 1. 7; Frontin. strat. II 4, 4; Plut. Cat. 13; Appian. Syr. 18—19. De tempore pugnae (exeunte m. Aprili) cf. Kromayer *Ant. Schlachtf.* II 223; de Sanctis *Storia* IV 1, 388; Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 214.

aestate 191. M.' Acilius Phocide, Boeotia, Chalcide in deditionem acceptis et Aetolis frustra ad tradendam Heracleam admonitis hanc urbem per mensem fere obsessam expugnavit; *traditus inter ceteros princeps Aetolorum Damocritus est* (m. Iunio, Kromayer l. c. 226), Liv. XXXVI 22—24; Appian. Syr. 21. Contra Ἀντισθένης ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος apud Phleg. Trall. (*F Gr Hist* 257 *F* 36 III 1) tradit Heracleam ἐξ εὐμαροῦς captam esse (cf. etiam Holleaux *Rev. Philol.* 1930, 306 not. 5).

eodem tempore, quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex composito oppugnabat, frustra tamen. Atque *confestim ab Heraclea capta nuntius venit,* ut Romanis oppugnatione cederet. *ita recessum ab Lamia est,* Liv. l. c. 25, cf. Polyb. XX 11, 3. Videntur Romani ipsi indutiis ab oppugnatione prohibiti esse, cf. Niese II 709 not. 3 et de Sanctis *Storia* IV 1, 166 not. 90.

paucis priusquam Heraclea caperetur diebus Aetoli concilio (sc. apocletorum) *Hypatam coacto legatos ad Antiochum miserunt,* Thoantem (p. XXXVII$_{104}$) et Nicandrum (p. XXXVII$_{107}$). Rex *in praesentia pecuniam, quae ad usus belli necessaria erat, legatis dedit; auxilia terrestria navaliaque adfirmavit missurum.* Thoas apud regem remansit, Liv. l. c. 26.

Heraclea capta οἱ περὶ τὸν Φαινέαν τὸν τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸν - - πρὸς τὸν Μάνιον ὑπὲρ ἀνοχῶν καὶ διαλύσεως - - ἐξαπέστειλαν Ἀρχέδαμον (p. XXXV$_{94}$) καὶ Πανταλέοντα (Π. II Πλευρώνιον, στρ. τὸ α′ = a. 186/5, Gillischewski 57) καὶ Χάλεπον (Ναυπάκτιον, στρ. a. 199/8, Gillischewski 31). Quos datis dierum decem indutiis consul cum L. Valerio Flacco interprete Hypatam remisit. οἱ δ' Αἰτωλοὶ (i. e. apocleti) - - ἔκριναν ἐπιτρέπειν τὰ ὅλα Μανίῳ, δόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, οὐκ εἰδότες τίνα δύναμιν ἔχει τοῦτο atque ἐξέπεμψαν ἅμα τῷ Λευκίῳ τοὺς περὶ Φαινέαν διασαφήσοντας τὰ δεδογμένα τῷ Μανίῳ κατὰ σπουδήν. Quibus auditis consul postulavit, ut Dicaearchus (p. XXXV$_{53}$) et Menestratus Epirota (ὃς ἐτύγχανε τότε παραβεβοηθηκὼς εἰς Ναύπακτον) et rex Amynander cum comitibus (supra $_{8}$) traderentur, et reicientem id Phaeneam reliquosque legatos primo catenis vinxit, tum autem denuo decem dierum indutiis concessis, quia ad ea decernenda concilio Aetolorum opus esset, dimisit. διαδοθείσης δὲ τῆς φήμης ὑπὲρ τῶν ἀπηντημένων τοῖς περὶ τὸν Φαινέαν - - οὐδ' ἀπαντᾶν οὐδεὶς ἐπεβάλετο πρὸς τὸ διαβούλιον, quod apocleti omnibus Aetolis indixerant. Confirmavit quoque animos Aetolorum eo ipso tempore rediens Nicander, qui postquam pecunia Lamiam devecta ad Hypatam in Macedonum manus incidit, a Philippo hospitaliter exceptus et benigno nuntio dimissus erat. ὅθεν ἅμα τῷ διελθεῖν τὰς ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἡμέρας κατάμονος αὖθις ὁ πόλεμος ἐγεγόνει τοῖς Αἰτωλοῖς, Polyb. XX 9—11, 8; Liv. XXXVI 27—29 (qui hic illic cum Polybio discrepat).

M.' Acilius certior factus *Naupactum concurrisse Aetolos, ut inde totum impetum belli sustinerent,* superatis Oeta et Corace — *mons est altissimus inter Callipolim et Naupactum* — urbem obsedit, Liv. l. c. 30; cf. Appian. Syr. 21. Ad Naupactum falso (cf. Holleaux *Rev. Philol.* 1930, 306 not. 1) Antisthenes Peripateticus ineptissimam illam narrationem rettulit, quae exstat apud Phleg. Trall. loco supra $_{50}$ citato.

Eodem tempore Messenii Achaeorum concilii facti sunt (Liv. l. c. 31) et Philippus permittente M.' Acilio Demetriadem et *Dolopiam et Aperantiam et Perrhaebiae quasdam civitates* recepit (Liv. 33; Plut. Tit. 15). Probabiliter tum Philippus etiam Amphilochiam occupavit, cf. infra p. XLI$_{74}$ (Oberhummer *Akarn.* 181; Salvetti *Stud. stor. ant.* II 126; contra Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 219 ver a. 190 praeferre videtur).

autumno 191. Naupacto *iam per duos menses* (Aug.–Septemb., Kromayer l. c. 226) — *et iam prope excidium erat* — oppugnata T. Quinctius cum Phaenea principibusque aliis egressis collocutus intercessit *indutiisque in diem certam datis, qua legatio renuntiari ab Roma posset, soluta obsidio est et exercitus in Phocidem missus*, Liv. XXXVI 34—35, 6; Plut. Tit. 15.

Tum etiam Elei Achaeorum concilio contributi videntur, cf. Niese II 715.

exeunte m. Novembri 191. *L. Cornelio Scipione C. Laelio consulibus* (inde a die XVIII m. Novembris) *nulla prius secundum religiones acta in senatu res est quam de Aetolis*, γενομένων δὲ πλειόνων παρ' ἀμφοῖν (τῶν παρὰ τῶν Αἰτωλῶν πρέϲβεων καὶ τῶν παρὰ τοῦ Μανίου) λόγων, ἔδοξε τῷ ϲυνεδρίῳ δύο προτείνειν γνώμαϲ τοῖϲ Αἰτωλοῖϲ. ἢ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ πάντων τῶν καθ' αὑτοὺϲ ἢ χίλια τάλαντα παραχρῆμα δοῦναι καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζειν Ῥωμαίοιϲ. τῶν δ' Αἰτωλῶν ἀξιούντων διαϲαφῆϲαι ῥητῶϲ ἐπὶ τίϲι δεῖ διδόναι τὴν ἐπιτροπήν, οὐ προϲδέχεται τὴν διαϲτολὴν ἡ ϲύγκλητοϲ. *ita infecta pace dimissi urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere iussi*, Polyb. XXI 2, 3—5 et Liv. XXXVII 1, 1—6; cf. Diod. XXIX 4.

hieme 191/190. M.' Acilius Delphos a dominatione Aetolorum liberavit et XXIV fundos, XLVI domus, quas Aetoli et Locrenses sibi paraverant, τῶι θεῶι καὶ τᾶι πόλει dedit, cf. *Klio* XVI 109 ss.; Syll.³ 607—610.

— *principes Aetolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus et frater eius erant, ab duabus cohortibus missis a M.' Acilio Romam deducti et in lautumias coniecti sunt*, Liv. XXXVII 3, 8.

brevi ante ver 190. Post reditum legatorum Aetoli, *quamquam omnis ora maritima eorum, quae in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achaeis erat, - - ut Romanis intercluderent iter* (sc. ad renovandam oppugnationem Naupacti), *Coracem occupaverunt montem*, Liv. XXXVII 4, 6—7.

vere 190. M.' Acilius profectus Elatea ex inopinato Lamiam aggressus est et altero die urbem expugnavit, Liv. XXXVII 4, 8—5, 3.

occupato ad Coracem ab Aetolis saltu - - oppugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per Oetam exercitus eo deductus. Amphissensibus autem fortiter resistentibus Scipiones, postquam Hypatam frustra ad deditionem compulerunt, eodem advenerunt (exeunte fere m. Aprili), Liv. 5, 4—6, 2. Cum oppidani magis magisque laborarent, intercedentibus Atheniensibus magistratus Aetolorum, qui Hypatae versabantur, bis legatos de pace ad duces Romanos miserunt, sed frustra, quia consul postulata illa senatus non mutabat. Denique Aetoli ab Atheniensibus admoniti indutias sex mensum petierunt, ut legatos Romam mittere possent, atque per P. Scipionem a consule impetraverunt. Obsidio Amphissae soluta est; M.' Acilius Romam, Scipiones in Asiam profecti sunt (m. Maio), Polyb. XXI 4—5; Liv. l. c. 6, 3—7, 7; Appian. Syr. 23; de tempore cf. de Sanctis *Storia dei Rom.* IV 1, 390. Aetoli Antiochum de indutiis certiorem fecerunt, Polyb. l. c. 8, 3.

aestate 190. M.' Acilius cum *de rege Antiocho et Aetolis* triumpharet, *captivos nobiles, Aetolos et regios duces, sex et triginta duxit. Damocritus, Aetolorum dux, paucos ante dies, cum e carcere noctu effugisset, in ripa Tiberis consecutis custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixit*, Liv. XXXVII 46, 4—5.

post aequinoctium autumnale 190. Amynander a suis revocatus et consentientibus apocletis et Nicandro praetore (a. 190/89 τὸ α', cf. Gillischewski 50) a mille Aetolis adiutus Athamaniam Philippo pulso recuperavit, Liv. XXXVIII 1—2. Tum autem legatos ad Romanos misit ἀπολογούμενοϲ τῷ δοκεῖν δι' Αἰτωλῶν πεποιῆϲθαι τὴν κάθοδον atque παρακαλῶν προϲδέξαϲθαι πάλιν αὑτὸν εἰϲ τὴν ϲυμμαχίαν, Polyb. XXI 25, 1—2; Liv. l. c. 3, 1—2.

hieme 190. οἱ δ' Αἰτωλοὶ νομίϲαντεϲ ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸϲ τὸ τὴν Ἀμφιλοχίαν καὶ τὴν Ἀπεραντίαν ἀνακτήϲαϲθαι - - ἀθροίϲαντοϲ Νικάνδρου τοῦ ϲτρατηγοῦ πάνδημον ϲτρατιὰν ἐνέβαλον εἰϲ τὴν Ἀμφιλοχίαν. τῶν δὲ πλείϲτων αὐτοῖϲ ἐθελοντὴν προϲχωρηϲάντων μετῆλθον εἰϲ τὴν Ἀπεραντίαν. καὶ τούτων δὲ προϲθεμένων ἑκουϲίωϲ ἐϲτράτευϲαν εἰϲ τὴν Δολοπίαν. οὗτοι δὲ βραχὺν μέν τινα χρόνον ὑπέδειξαν ὡϲ ἀντιποιηϲόμενοι, sed tum ταχέωϲ μετενόηϲαν καὶ προϲέθεντο πρὸϲ τοὺϲ Αἰτωλούϲ. Quo facto ἀπήγαγε τὴν ϲτρατιὰν ὁ Νίκανδροϲ εἰϲ τὴν οἰκείαν - -. ἄρτι δὲ τούτων ϲυμβεβηκότων - - προϲέπεϲε φήμη περὶ τῆϲ κατὰ τὴν Ἀϲίαν μάχηϲ, Polyb. XXI 25, 3—8; Liv. XXXVIII 3, 3—6. Pugna ad Magnesiam facta mensi fere Ianuario a. 189 tribuenda videtur, cf. De Sanctis *Storia dei Rom.* IV 1, 202 not. 137. 390; Holleaux *Cambr. anc. hist.* VIII 223.

— *Aetoli legati*, qui Damotele duce Romam missi erant, *in senatum introducti - -. interrogati ab uno senatore, permitterentne arbitrium de se populo Romano, deinde ab altero, haberentne eosdem quos populus Romanus socios et hostis essent, nihil ad ea respondentes egredi templo iussi sunt. - - senatus consultum in M.' Acilii sententiam - - factum est, ut Aetoli eo die iuberentur proficisci ab urbe et intra quintum decimum diem Italia excedere. - - denuntiatumque, si qua deinde legatio ex Aetolis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, et cum legato Romano venisset Romam, pro hostibus omnis futuros*, Liv. XXXVII 49; Diod. XXIX 9. De tempore cf. Liv. l. c.: *illa etiam res accendit, quod eo ipso tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiae atque Athamaniae bellum inferebant* et Diod. l. c.: πρὸ τῆϲ κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἥττηϲ εἰϲαχθέντων εἰϲ τὴν ϲύγκλητον τῶν ἐξ Αἰτωλίαϲ πρεϲβευτῶν.

190 (?). Aetoli Magnetibus Maeandriis, qui ipsi Aetolis coronam auream, civitatem aliosque honores decreverant, isopolitiam donant, nr. 4 *d*.

vere 189. Cum Damoteles Roma infecta re rediret simul transitum consulis M. Fulvii nuntians, ἔδοξεν (τοῖς Αἰτωλοῖς) πρός τε Ῥοδίους πέμπειν καὶ πρὸς Ἀθηναίους, ἀξιοῦντας καὶ παρακαλοῦντας πρεσβεῦσαι περὶ αὐτῶν εἰς τὴν Ῥώμην - -. ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὐτῶν ἐξέπεμψαν πάλιν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην, Ἀλέξανδρον τὸν Ἴσιον ἐπικαλούμενον καὶ Φαινέαν, σὺν δὲ τούτοις Χάλεπον (cf. p. XL_{71}), ἔτι δ' Ἄλυπον τὸν Ἀμβρακιώτην καὶ Λύκωπον, Polyb. XXI 25, 9—11; Liv. XXXVIII 3, 6—8.

Quos legatos Epirotae περὶ τὴν Κεφαλληνίαν ceperunt atque ἀπῄτουν αὐτοὺς λύτρα (primo quina talenta, postea terna) διὰ τὸ πόλεμον ὑπάρχειν σφίσιν πρὸς τοὺς Αἰτωλούς. - - ἀσμένως δὲ τῶν ἄλλων προσδεξαμένων, οὗτοι μὲν διεγγυηθέντες ἐπανῆλθον, ὁ δ' Ἀλέξανδρος (πλουσιώτατος πάντων τῶν Ἑλλήνων — πλειόνων ἢ διακοσίων ταλάντων ἔχων οὐσίαν) οὐκ ἂν ἔφη δοῦναι πλεῖον ταλάντου καὶ - - ἔμεινεν ἐν τῇ φυλακῇ. Sed μετὰ ὀλίγας ἡμέρας γραμμάτων παραγενηθέντων ἐκ τῆς Ῥώμης περὶ τῆς ἀφέσεως, αὐτὸς μόνος ἀπελύθη χωρὶς λύτρων.

οἱ δ' Αἰτωλοὶ - - Δαμοτέλη προεχειρίσαντο πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην πρεσβευτήν. ὃς ἐκπλεύσας μέχρι τῆς Λευκάδος καὶ γνοὺς προάγοντα διὰ τῆς Ἠπείρου μετὰ τῶν δυνάμεων Μᾶρκον ἐπὶ τὴν Ἀμβρακίαν, ἀπογνοὺς τὴν πρεσβείαν αὖθις ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, Polyb. l. c. 26, 7—19.

aestate 189. M. Fulvius auctoribus Epirotis, qui et ipsi copiis consulem adiuvant, Ambraciam obsidione premit, Polyb. XXI 26, 1—6; Liv. XXXVIII 3, 9—4, 6. *ad famam oppugnationis Ambraciae Stratum iam edicto Nicandri praetoris convenerant Aetoli.* Sed *postquam urbem iam magna ex parte operibus saeptam viderunt, - - dividere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus* (cf. p. $XXXV_{93}$) *Ambraciam profectus per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit.* Nicander autem *cum cetera manu* omisso consilio Epirotarum castra aggrediendi *ad depopulandam Acarnaniam iter convertit,* Liv. l. c. 4, 6—10.

Cum ii, qui Ambraciae oppugnabantur, omnes impetus hostium propulsassent, *iam Aetoli a populatione Acarnaniae Stratum redierant. inde Nicander praetor spem nactus solvendae incepto forti obsidionis, Nicodamum quendam cum Aetolis quingentis* (equitibus, Polyb.) *Ambraciam intromittit.* Tempus certum constitutum erat, quo illi eruptionem facerent, Nicander castra Romana adoriretur. Sed quamqam oppidani ducibus Eupolemo et Nicodamo fortissime in obsidentes eruperunt, inceptum irritum factum est, quia Nicander impetu composito destiterat, Polyb. l. c. 27; Liv. l. c. 5—6.

Nicandro enim *potius visum est Amphilochis nuper receptis ferre opem* (cf. Oberhummer *Akarn.* 184 not. 1), *quos Perseus, Philippi filius, missus ad Dolopiam Amphilochosque recipiendos, summa vi oppugnabat. — Perseus ubi adesse Aetolos audivit, omissa obsidione urbis, quam oppugnabat* (probabiliter Argos, Oberhummer l. c.), *depopulatus tantum agros Amphilochia excessit atque in Macedoniam redit,* Liv. l. c. 5, 10 et 7, 1.

Aetolos inde avocavit populatio maritumae orae. Pleuratus, Illyriorum rex, cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus adiunctis Achaeorum quae Patris erant navibus maritima Aetoliae vastabat. adversus quos mille Aetoli missi, quacumque se classis circumegerat per litorum amfractus, brevioribus semitis occurrebant, Liv. l. c. 7, 2—3.

Quae cum ita essent neque Ambracia summa vi oppugnari desineretur (Polyb. l. c. 28, 1—17; Liv. l. c. 7, 4—13; Polyaen. VI 17; ceterum cf. Oberhummer *Akarn.* 185 not. 5), *legati ab Aetolis Phaeneas et Damoteles cum liberis mandatis decreto gentis ad consulem venerunt.* Qui cum gravissimas condiciones audissent, *nullo reddito responso domum regressi sunt.* Tum *qualemcumque pacem referre iussi, cum redirent Ambraciam, Acarnanum insidiis prope viam positis - - circumventi Thyrreum custodiendi deducuntur,* Liv. l. c. 8—9, 2; cf. etiam Polyb. l. c. 28, 18.

Interea legati Atheniensium et Rhodiorum et Amynander quoque (hic quidem propter Ambraciotas) ad castra Romanorum venerant, atque postquam etiam Aetolorum legati iussu consulis ab Acarnanibus adducti sunt, de pace agebatur. ἐνεργῶς δὲ πανταχόθεν προσαγομένης τῆς φιλοτιμίας — pro Aetolis etiam C. Valerius, filius Laevini τοῦ πρώτου συνθεμένου πρὸς Αἰτωλοὺς τὴν συμμαχίαν (cf. p. $XXIX_{84}$), deprecatus est — ἔλαβε τὸ πρᾶγμα συντέλειαν. οἱ μὲν γὰρ Ἀμβρακιῶται πεισθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπέτρεψαν τὰ καθ' αὑτοὺς τῷ στρατηγῷ τῶν Ῥωμαίων καὶ παρέδωκαν τὴν πόλιν ἐφ' ᾧ τοὺς Αἰτωλοὺς ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν. - - ὁ δὲ Μᾶρκος συγκατέθετο τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπὶ τούτῳ ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις, ὥστε διακόσια μὲν Εὐβοϊκὰ τάλαντα παραχρῆμα λαβεῖν, τριακόσια δ' ἐν ἔτεσιν ἕξ, πεντήκοντα καθ' ἕκαστον ἔτος· ἀποκατασταθῆναι δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τοὺς αὐτομόλους Ῥωμαίοις ἅπαντας τοὺς παρ' αὐτοῖς ὄντας ἐν ἓξ μησὶ χωρὶς λύτρων· πόλιν δὲ μηδεμίαν ἔχειν ἐν τῇ συμπολιτείᾳ μηδὲ μετὰ ταῦτα προσλαβέσθαι τούτων, ὅσαι μετὰ τὴν Λευκίου Κορνηλίου διάβασιν [1]) ἑάλωσαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἢ φιλίαν ἐποιήσαντο πρὸς Ῥωμαίους· Κεφαλληνίους δὲ πάντας ἐκσπόνδους εἶναι τούτων τῶν συνθηκῶν, Polyb. l. c. 29—30, 5; Liv. l. c. 9, 3—10.

[1]) Liv. '*post id tempus, quo T. Quinctius traiecisset in Graeciam*'. Cf. Nissen *Krit. Unters.* 203 not. **; Niese II 767 not. 2; Vollgraff *Rev. Philol.* XXVII 1903, 236 ss.; de Sanctis *Storia dei Rom.* IV 1, 214 not. 157.

autumno 189. οἱ δὲ περὶ τὸν Δαμοτέλην ἐπανελθόντες διεσάφουν τοῖς Αἰτωλοῖς περὶ τῶν συγκεχωρημένων. τοῖς μὲν οὖν ὅλοις εὐδόκουν· καὶ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἅπαντα παρὰ τὴν προσδοκίαν· περὶ δὲ τῶν πόλεων τῶν πρότερον συμπολιτευομένων αὐτοῖς διαπορήσαντες ἐπὶ ποσὸν τέλος συγκατέθεντο τοῖς προτεινομένοις, Polyb. XXI 30, 7—8; Liv. XXXVIII 9, 11—12.

ὁ δὲ Μᾶρκος παραλαβὼν τὴν Ἀμβρακίαν τοὺς μὲν Αἰτωλοὺς ἀφῆκεν ὑποσπόνδους - -. ταῦτα δὲ διοικησάμενος

256	autumnus	Καλλικλῆς	9	Νικιάδας, Λυκέας, Μικκύλος, Ὑβρίλαος [1], Λέων, Κρινόλαος, Ἀντιλέων, Δαμόξενος, Ἀμύνανδρος	*Fl 24*
254	[ver]	Δίων	9	Λύκωπος, Αἰακίδας, Πολύκλειτος, Νικάνωρ, Πανταίνετος, Δίων, Ἀλκίδαμος, Ἀγέμαχος, Νικίας	*Fl 25*
252	[ver]	Νικαΐδας	9	Στομᾶς, Φυσκίων, Φιλόδαμος, Πολέμαρχος, Ἀλέξανδρος, Σιμύλος, Ἀγήμων, Στράταγος, Σθεννεύς	*Fl 26*
251	[ver]	Ἀμύντας	9	Ἀριστόβουλος, Λέων, Ἀλέξανδρος, Νικιάδας, Γεννάδας, Παιδίας, Ἀλαθίων, Νικόβουλος, Ἀντιλέων	*Fl 27*
250	[autumnus]	Πράοχος	9	Λαδάμης, Ἀγέλοχος, Λέων, Ἀρίστων, Ἀλέξανδρος, Τριχᾶς (?), Ἀλέξων, Φύσκος, Φιλόποινος	*Fl 28*
249	[ver]	Πράοχος	9	Δαμότιμος, Ἀνδρέας, Λευκίας, Δίων, Δαμότιμος, Φιλόνικος, Τίμαιος, Μνασίας, Θεύδοτος	*Fl 29*
249/8—240/39	—	—	[9]	- - νέας, Κλεύπατρος, Νικόλ[αος], Καλλίξενος, Κλέων, Εὐφά[ν - -]	*Fl 30*
± 238	autumnus	Π[ατρώνδ]ας?	[11]	Ἀριστόλαος, Α - -, - - ς, Φάλακρος, Ἀλεξαμενός, Πολύστρατος, Κλέανδρος, Λάνικος, - - ύκριτος	*Fl 31*
238	autumnus	Ἧρυς	11	Φύσκος, Δαμοτέλης, Φαλαυσίας, Δικαίαρχος, Δαΐμαχος, Ἀγέμαχος, Πολέμαρχος, Τεισίας, Κύψελος, Καφισίας, Ἀντιγένης	*Fl 32*
234	[autumnus]	—	[14]	- - ας, Ἀγώνιππος, Σικύω[ν], [- - αν]δρος, Ἀλέξανδρος, Ἀριστω - -, - - ίλαος, Ἀσκλαπιάδας	*Fl 33*
ante 227/6	autumnus	Νίκαρχος	14	Ἀρίσταρχος, Πράμιος, Ἐχέταρμος, Εὐτέλης, Μενέσανδρος, Κόμαιθος, Ἀλέξων, Μέναρχος, Ἀλέξων, Σῖμος, Οἰνοκλέας, Θορίων, Λάττυπος, Νικόστρατος	*Fl 34*
230	autumnus	Καλλίας	14	Λύκος, Ἀλέξων, Ἀνδροσθενίδας, Ἄντανδρος, Τείσαρχος, Ἐξάκεστος, Δεινύλος, Δαμοκράτης, Ἀξίοχος, Ἀμύνανδρος, Ἀριστόμαχος, Ὀρθαγόρας, Λυκέας, Σωτύλος	*Fl 35*
226	[autumnus]	—	15	Κρατίδας, Τηλ - -, [Ἀντ]ίπαλος, Πύρραιθος, Ἀριστόμαχος, Τιμόθεος, Φιλλ - -, [Αἰ]τωλίων, Ἀλέξανδρος, Πύρρινος, Σωτίων, - - νίων, Λύσιμβος, Ὑβρίστας, - - κλῆς	*Fl 36*
218	[autumnus]	—	13	Γλαυκέτας Α - -, Λύκων Μελιταιεύς, Λάαρχος - -, Γλαῦκος - -, Κλεύδαμος - -, Ἀγέας Α - -, Ἄρχιππος - -, - - ρόπας - -, [Ξ]έναγος - -, Κλεομένης Κυφαιρεύς, Λύκος - -, Σίλας - -, Τιμοκράτης - - Ad quos hieromnemones ethnica - - εύς, Λαμιεύς, Φοιστάν referenda sint, incertum est.	*Fl 37*

[1] Ὕβριλλος edd., sed cum nr. $99_{8.10}$. 103_{8}. $106_{3.4}$ Ὑβρίλαος certa ratione legatur, idem nomen etiam hic restituendum; probat per epistulam Flacelière collato ectypo tituli Syll.^{3} 422 (= *Fl 24*).

ANNVS	TEMPVS ANNI	ARCHON	NVMERVS HIEROMN.	NOMINA HIEROMNEMONVM SERVATA AVT SVPPLETA	CATALOGVS
216?	[autumnus?]	Δαμ[οκράτης]	?	[Πρό]ανδρος Φόλας, Κρατῖνος Τριτεύς, ...στρατος Σκαρφεύς, Φιλέταιρος Μελιταιεύς, Λυκέας Ῥαδάνιος, Νικιάδας Κυφαιρεύς, [Ἀρ]χέδαμος Πρόσχειος, fortasse etiam Ἀλέξανδρος ....ιάδας, Ἀνδρόνικος Κ- - εύς(?), Φάλαικος ..⁵..αος, ceterum cf. supra p. $XXIII_{72}$.	*Fl 38*
215	[autumnus]	...⁷..ης (στρ. Λάτταμος)	[12?]	- - - - εύς(?), Φαῖκος Θαυμακός, Πολ. ⁵.. Στράτιος, Λάμιος Δαστιάδας, Λαΐστας Ὑποσείριος, Θαρσύας Οἰναῖος, Δαμόκριτος Μετάπιος, Πολλέας Φαρσάλιος, Θεόδοτος Ἀπεραντός, Ὑλαῖος Λυσιμαχεύς, Δαμόκριτος Ἀμβρακιώτας, ceterum cf. supra p. $XXIII_{77}$.	*Fl 39*
214	[autumnus]	—	[12]	[Ἀρι]στόβουλος, Γόργος, Ἀρισ[τ - -], - - ς, Λάδικος, Λύκος, Ἀγέλοχος	*Fl 40*
213?	[autumnus?]	Πολύκλειτος	12	...βολος Φαρσάλιος, Πολέμαρχος Εἰδαῖος, Φαλακρίων Παρόχθεος, Πειθιμένης Θεστιεύς, Φίλων Φυσκεύς, Λάμιος Λυσιμαχεύς, Θρασυβουλίδας Στράτιος, Ἀρχίδαμος Καλλιπολίτας, Τίμαρχος Πτολεμαιεύς, Λέων .εκ.ριεύς, Τιμόμαχος Ὁμιλιάδας, Ἀρίσταρχος Ἀμβρακιώτας scriba hieromnemonum Μοσχίων Ἡρακλειώτας	*Fl 41*
210	autumnus	—	[12]	Φίλιππος Λαμιεύς, Σίμαργος - -, - - τας Πρόσχειος, Πολύξενος Λιμναῖος, - - [Ἐ?]λαιεύς, Μνασιλαΐδας Ἀμβρακιώτας scriba hieromnemonum - - Θαυμακός	*Fl 42*
c. 208 [2])	—	Βαβύλος	[12]	Χλαινέας Καλυδώνιος, [Μ]ενίσ[κος] - -, [Νυμ]φόδοτος Αἰμονιεύς, Πυρράνθι[ος] - -, [- - αν]δρος Θυρισκαῖος, Λέων Λιμναῖος, - - [Γομ]φεύς, Δάμων Κυτινιεύς, [Ἄρ]χιππος Μελιταιεύς, Φιλ[άχα]ιος Κοριο - -, [- - ω]ν Ὑαῖος scriba hieromnemonum - - - - εύς(?)	*Fl 43*
203	[ver]	[Μεγάρτας]	11	Ἀρίσταρχος Ἀμφισσεύς, Φιλλέας Ν[αυπάκτι]ος, Λάμιος Οἰκυλειεύς, Ξενοκράτης Στράτιος, Λεοντομένης Φυταιεύς, Βουθήρας Ἀρσινοεύς, Ἀγοραῖος Ὑπαταῖος, Πυρρίας Θηβαῖος, Ἅρμοστος Λαμιεύς, Δαμοκρά[της] Εἰτεαῖος, Λαμίσκος Ἀργεῖος	*Fl 44*
202	autumnus	Φιλαίτωλος	11	Τελέσαρχος Ἀπιρικός, Λέων Ναυπάκτιος, Στόμιος Μαχετιεύς, Θεόδωρος Ἀργεῖος, Νικόβουλος Θηβαῖος, Εὐρύμαχος Θαυμακός, Δορυμένης Ὑπαταῖος, Θεόδωρος Κοτταεύς, Λάτταμος Βουκατιεύς, Εὔδαμος Ἀρσινοεύς, Λάμιος Ἀπολλωνιεύς scriba hieromnemonum Μένανδρος Θαυμακός	*Fl 45*
193/2	—	Ἐκέφυλος	[11]	Ἀλεξομενός - -, - - Ὑπαταῖος, Λεοντομένης Βο[ύττ]ιος, Δαμότιμος Ἀγρινιεύς, Ἀρίστων Στράτιος, - - λαος Κερρεάτας, Δαμοφάνης [Ποτ]ιδανιεύς, Λαμέδων Θαυμακός, Ἀλέξανδρος - -	*Fl 46*
178	autumnus	Πραξίας	[[6]]	(Αἰνιάνων) Λόχαγος Ἁγήτα Καλλιπολίτης, Νικίας Ἀλεξάνδρου Καλυδώνιος, (Ἡρακλεωτῶν) Φαινέας Νικέα Σωσθενεύς, (Λοκρῶν ἑκατέρων) Πρόανδρος Προάνδρου Φόλας, Νίκανδρος Βίττου Τριχονεύς, (Δωριέων τῶν ἐν μητροπόλει) Ἀνάξανδρος Τελεσάρχου Ἀπειρικός	Syll.[3] 636
?	—	Ἀρ - -	[8 + x]	[Με]νέστρατος, Σκορπίων, - - λας, Αἰσχρίων aut Αἰσχριών[δας]	*Fl 50*
post 226	autumnus	—	[8 + x]	Σύαγρος - -, - - - - τος, Ἀρχέμαχος Τριχονεύς, - - - - ος, Εὐρύδαμος Πυρρ - -, - - πος Ἀ[χ]αιός(?), Εὐρυ - -	*Fl 51*
post 226	—	—	?	- - - - υόδιος, Ἵππαρχος - -, - - - - ίας, Ἁγήμων - -, - - [Θε]στιεύς	*Fl 52*
post 226	—	—	?	- - λος Κοτ[ταεύς], - - [Μελι?]ταιεύς	*Fl 54*

[2]) Certe propter Thessalos, qui inter Aetolorum hieromnemones comparent, ante a. 206 (cf. p. $XXXII_{11}$) vel 207 (cf. p. $XXXI_{98}$).

IV. LIBRI.

De prioribus titulorum editionibus cf. lemmata singulis titulis praeposita; de titulis aevi Byzantini cf. G. Soteriades Βυζαντηναὶ ἐπιγραφαὶ ἐξ Αἰτωλίας = Ἐπετηρὶς τοῦ Παρνασσοῦ 1903, 208 ss.

De praetoribus cf. libros ad praetorum tabulam commemoratos.

De Aetolorum gente Amphictyoniae participe cf. libros ad hieromnemonum tabulam enumeratos.

Ceterum plerosque seu libros seu ephemeridum commentationes, quae ad res Aetolicas pertinent, ad titulos et in fastis Aetolicis citatas habes, quas omnes colligere supersedi; vide etiam, quae Hirschfeld-Wilcken *RE* s. v. Aitolia (I 1113 ss.) et Swoboda *Gr. Staatsaltert.* ad § 36. 37. 38 congesserunt.

Addidi autem infra scripta archaeologica inde ab a. 1897, quo anno Soteriades Thermum effodere coepit:

1898. R. Herzog-E. Ziebarth *Das Theater von Neu-Pleuron* = *Ath. Mitt.* XXIII 314 ss.

1899. G. Soteriades Αἱ ἐν Θέρμῳ ἀνασκαφαί = Πρακτικὰ τῆς Ἀρχαιολογικῆς Ἑταιρείας 57 ss.

1900. G. Soteriades Ἀνασκαφαὶ ἐν Θέρμωι. Α'. ὁ ναὸς τοῦ Θερμίου Ἀπόλλωνος = Ἐφ. 161 ss.

1902. G. Soteriades *The Greek excavations at Thermos* = *Records of the Past, Volume* I *June, Part* VI 172 ss.

1903. G. Soteriades Ἀνασκαφαὶ ἐν Θέρμωι. Β'. αἱ μετόπαι τοῦ ναοῦ τοῦ Θερμίου Ἀπόλλωνος = Ἐφ. 71 ss.

1906. G. Soteriades Αἰτωλία = Πρακτικά 136 ss.
Id. Ἐκ τάφων τῆς Αἰτωλίας = Ἐφ. 67 ss.

1908. G. Soteriades Ἀνασκαφαὶ ἐν Αἰτωλίαι καὶ Ἀκαρνανίαι = Πρακτικά 95 ss.
G. Kawerau-G. Soteriades *Der Tempel des Apollon zu Thermos* = *Antike Denkmäler* II *Tafel* 49—53*A*, *Text* S. 1—8.

1909. G. Soteriades Τὰ ἐλλειψοειδῆ κτίσματα τοῦ Θέρμου.

1912. K. A. Rhomaios (Ἀγγελίαι) Αἰτωλίας [Θέρμου] = Ἐφ. 267.

1913. K. A. Rhomaios (Ἀγγελίαι) Θέρμου = Ἐφ. 236.

1914. H. Koch *Zu den Metopen von Thermos* = *Ath. Mitt.* XXXIX 237 ss. (cf. etiam *Röm. Mitt.* XXX 1915, 51—74).

1915. K. A. Rhomaios Ἐκ τοῦ προϊστορικοῦ Θέρμου = Δελτ. I 225 ss.

1916. K. A. Rhomaios Ἔρευναι ἐν Θέρμῳ = Δελτ. II 179 ss.
Id. Η' ἀρχαιολογικὴ περιφέρεια = ibid. παράρτ. 44 ss.

1918. K. A. Rhomaios Η' ἀρχαιολογικὴ περιφέρεια = Δελτ. IV παράρτ. 32 ss.

1922. W. Dörpfeld (*Alte und neue Ausgrabungen in Griechenland*) *Thermos* = *Ath. Mitt.* XLVII 43 ss.

1923. K. A. Rhomaios Κόραι τῆς Αἰτωλίας = Δελτ. VI 1920—21, 60 ss.
Id. Εἰδήσεις ἐκ τῆς 8 ἀρχαιολογικῆς περιφερείας κατὰ τὰ ἔτη 1920—21 = ibid. παράρτ. 168 ss.
N. G. Pappadakes Β' ἀρχαιολογικὴ περιφέρεια = ibid. παράρτ. 152/3.

1926. H. G. G. Payne *On the Thermon Metopes* = *Ann. Br. Sch.* XXVII 1925—1926, 124 ss.

1927 K. A. Rhomaios Εἰδήσεις ἐκ τῆς 8ης ἀρχαιολογικῆς περιφερείας κατὰ τὰ ἔτη 1922—25 = Δελτ. IX 1924—25. παράρτ. 4 ss.
F. Poulsen-K. Rhomaios *Erster vorläufiger Bericht über die dänisch-griechischen Ausgrabungen von Kalydon* = *Det kgl. danske videnskabernes selskab. Historisk-filologiske meddelelser* XIV 3.

1929. K. A. Rhomaios Ἀρχαῖον ἱερὸν παρὰ τὸν Ταξιάρχην τῆς Αἰτωλίας = Δελτ. X 1926, 1 ss.
Id. Αἱ ἑλληνοδανικαὶ ἀνασκαφαὶ τῆς Καλυδῶνος = ibid. παράρτ. 24 ss.
F. Poulsen *La deuxième campagne de fouilles gréco-danoises à Calydon* = *CR Ac. Inscr.* 76 ss.

1931. E. Fiechter *Die Theater von Oiniadai und Neupleuron* = *Sächs. Forschungsinstitute in Leipzig. Forschungsinst. f. kl. Philologie u. Archäologie. Antike griech. Theaterbauten. Heft 2.*

I. THERMVS ET VICINIA.

A. THERMVS.

1. LEGES ET DECRETA.

Adde nr. 59 *B*. 71 *b*. *c*.

1 LEX SACRA. Thermi in museo. Fragmenta duo tenuis tabulae aëneae inter se contigua, inventa in ruderibus templi. Frg. *a* undique mutilum a. max. 0,058, l. max. 0,052; frg. *b* undique mutilum a. max. 0,047, l. max. 0,04. Litt. alt. c. 0,006; Α Ξ Σ ꟸ, formae incisae atque ita, ut tabula plerumque persecta sit. Exscripsi.

a *b*

– – ἐν τῶι χρ]ό̣νωι τῶι γεγρ̣αμμ̣[ένωι – –
– – Μ, ὀλὰϲ ἀργυ̣ρίου ^{v} Λ – –
– – ἀργ]υ̣ρᾶν. ξύλο[ι]ϲ δὲ χρῆ[ϲθαι – –
– – ϲίων καὶ ἐκ τῶν ι – –
– – εἰ δέ τι]ϲ βιάζ̣οιτο ἐ̣πι – –
– – τω. . ν Λ . ' – –
– – υ̣ ο – –

Suppl. Kla. || 2 Μ scil. μ(νᾶ) || 3 in. ἐπὶ? τὴν π]υ̣ράν? Preuner. || 4 fortasse ἐκ τῶν δημο]ϲίων καὶ ἐκ τῶν ἰ[διωτικῶν, cf. Syll.[3] 1015_{9}. — Quod ὀλαί et ξύλα (scilicet ἐπὶ τὸν βωμόν, Syll.[3] 1038_{31}) commemorantur, lex sacra esse videtur, cf. Syll.[3] 1024_{18}; fortasse praecepta de sacerdotio dantur. — Saeculum III a. Chr.

---

2 LEX DE COLONIA ΕΝ ϹΑΜΑΙ. Thermi in museo (inv. nr. 85 + 101). Duo fragmenta stelae lapidis calcarii; maius (*a* = nr. 101) supra et a dextra mutilum, a. max. 0,605, l. max. 0,52, cr. 0,12, a sinistra dimidia fere pars lateris antici postea excisa est lapide nescio quem in alium usum vocato; minus (*b* = nr. 85; addidit Kla.) undique fractum, a. max. 0,31, l. max. 0,17, cr. max. 0,14, quod ad dextram partem stelae deperditam pertinet. Litt. alt. 0,006—0,012, interv. vers. 0,002—0,005: Α Ε Ξ Ϲ + = Φ ꟸ et Ϻ. Exscripsi. *Ect.*

a

vac.

– – – – – – – – – κατῴκηϲα̣ν̣ – – – – – – – – – – – – – – – – –
[– – – – – – – – κ]ότοιϲ οἰκίαν καὶ τ̣ο̣ῖ̣ϲ – – – – – – – – – – – – – – – –
[– – – – – – – – ν]τ̣αϲ τὰν οἰκίαν. ταν δ̣ὲ – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – ο̣ι̣ϲ ἐν τοῖϲ ἰδίοιϲ οἰκοπέδ[οιϲ – – – – – – – – – – – – –]
[– – – – – – – – τῶ]ν̣ ἐγγύων τῶν ἐπὶ ταῖϲ οἰκί[αιϲ – – – – – – – – – – – – –]
– – – – – – – – ίϲονταϲ ὅϲοι κατ' ἀρχὰϲ ἐπεπ̣ – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – ν ^{v} των τᾶν οἰκιᾶν τὰν πρᾶξιν̣ – – – – – – – – – – – – –
[– – – – – – – – ο]ἰ̣κίαι ἄχρι μὲν τᾶϲ Πυρρία ϲτραταγ[ίαϲ – – – – – – – – – –]
[– – – – – – – – τε]τ̣ελευτακότοϲ τὸν υἱὸν τὸν ἐν Ϲάμα[ι πρᾶτον γενναθέντα (?) – –]
[– – – – – – τᾶϲ τε γ]ᾶ̣ϲ̣ καὶ τᾶϲ οἰκίαϲ καθὼϲ ὑπὸ τῶν ἀρχιοικι[ϲτᾶν – – – – – –]
[– – – – – πέντε καὶ δέκ]α ἡτέων τὰν αὐτὰν κυριείαν ὑ[πάρχειν καθὼϲ καὶ (?) – – – –]
– – – – – – – – – τ̣ερον διαλειπόντοιϲ τῶν [– – – – – – – εἰ δέ κα μὴ υἱοὺϲ]
[ἔχων θυγατέραϲ δὲ τελευταϲ]ηι, εἶμεν καὶ ταύταιϲ τὰν ἐΓ// – – – – – – – – – – – – –
[– – – – – – – – ἐ]χ̣ουϲαι τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ε/ – – – – – – – – – – – –
[. . . c. 7 . . εἰ δέ κα μὴ ἐκγόνουϲ] ἔχων ἀδελφοὺϲ δὲ ἢ ἀδελ[φὰϲ τελευτάϲηι, – – – – – – – –]
[– – c. 9 – τὰν αὐτὰν κυριεί]αν ὑπάρχειν καθὼϲ καὶ τοῖϲ ἐ[κγόνοιϲ – – – – – – – – – –]
[. . c. 4 . . εἰ δέ κα μὴ ἔχων μήτε ἀ]δελφοὺϲ μήτε ἀδελφὰϲ τ̣ελε̣[υτάϲηι, – – – – – – – – – –]
– – – – – – – – – μάτηρ αὐτῶν τινι [τῶν] οἰκ[ιϲτᾶν – – – – – – – – – – – –]
– – – – – – – – – εἶμεν τᾶϲ τε γᾶϲ κα̣[ὶ] τ̣ᾶ̣[ϲ] οἰκ[ίαϲ καὶ τοῦ τᾶϲ οἰκίαϲ μέρεοϲ – –]
[– – – – – – τὰν οἰκία]ν καὶ τὸ τᾶϲ οἰκίαϲ [μ]έρο̣ϲ τα – – – – – – – – – – – – –

[- - - - - - - - - δ]απάναϲ μὴ ε̣ἶμ̣[ε]ν̣ ε̣ἰϲ̣ τ̣[.]ν - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - α γένοϲ εἴ κα . . Λ . . ν ϲυμπαρ - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - τοῦ τελε̣υτ[ά]ϲ̣[α]ν̣τοϲ̣ ὀνο[μα - - - - - - - - - - - - - -]
- - - - - - - - - - μήτε ἀδ[ελ]φο[.] μ̣ή̣τ̣ε̣ ἀ[δ]ελ̣[φα - - - - - - - -]α̣ν - - - - - *b*
- - - - - - - - - - ο̣ν τὸν τ̣. . . .⁸. . . τὸ τ̣ᾶϲ οἰ[κίαϲ μέροϲ - - - -]νδε̣ - - - - -
- - - - - - - - - -/// ιο τῶν μ̣[ὲν] ἀ̣[να]λ̣ω̣μ̣άτ[ων - - - - - - - -]ενε̣α - - - - -
[- - - - - - - - - π]α̣τ̣έρα μήτ̣ε̣ μ̣α̣τ̣έρα μή[τε - - - - - - - - - - ἐ]ν Ϲάμ̣α̣[ι - - -]
- - - - - - - - - ωντί τινι τὰ ὑπά̣ρ̣χοντα - - - - - - - - - - ουντων̣ - - - - -
[- - - - - - - - α]ὐτοῖϲ κατὰ τοὺϲ νόμουϲ τ̣[- - - - - - - - - - λ]ειτουρ[γ - - -]
- - - - - - - - - τα καθὼϲ καὶ τοὺϲ ἄλλου[ϲ - - - - - - - - - -]υειμεχ - - - - -
[- - - - πέντε καὶ δέ]κ̣α ἡτέων εἴ κα τελευτά̣ϲ̣η̣[ι - - - - - - - - - -] τάνδε τὰ[ν - - -]
[- - - - - - - τῶ]ν̣ πέντε καὶ δέκα ἡτέων - - - - - - - - - - - - αχθε̣ὶϲ ὑπὸ - - -
- - - - - - - - λι τῶν Αἰτωλῶν περὶ τᾶϲ[- - - - - - - - - - κ]αὶ τῶν τε - - - - -
[- - - - - - - τοῖϲ] ἐγγί̣ϲτοιϲ κατὰ γᾶϲ μεριϲμ[ὸν - - - - - - - - κ]ελευοντ̣ - - - - -

vac. *vac.*

Suppl. Kla. || 6 fin. ἐπέπ[αντο? Wilamowitz. || 9 πρᾶτον. 15 ἐκγόνουϲ. 16 fin. 19 fin. 20 in. Preuner. || 33 fin. τε[μενέων? idem; τε[τελευτακότων praefert Wil.

Supersunt haec de lege spectante ad coloniam Aetolorum ἐν Ϲάμαι aliquando constitutam, sc. ἐποικίαν, quam Graeci dicebant (cf. Swoboda *Staatsaltert.* 191; Busolt-Swoboda *Gr. Staatsk.* II 1269). Cephalleniam non quidem fuisse in Aetolorum concilium contributam, sed artiore quadam necessitudine cum illis coniunctam ad nr. 31_{81} adnotavimus; itaque etiam suffragio Amphictyonico donata est (ante annum praetoris Lattami, quo primum (?) hieromnemo Cephallenum recensetur, Syll.³ 539. Cum Pomtow eius praeturam ca. a. 216/5 statuerit, ea nunc potius a. 215/4 tribuenda videtur, cf. ad nr. 29_1 et Flacelière *BCH* LII 1928, 278. 281). Quoniam vero v. 8 praetura Pyrrhiae, haud dubie prima, quae fere in a. 223 a. Chr. incidit (cf. ad nr. 29_1), commemoratur, huic tempori lex est vindicanda, id quod etiam sermo tituli probat neque tamen litteratura, quae longe recentiorem aetatem prodere videtur. Sumendum igitur erit, nescio quo tempore veterem tertii saeculi legem denuo inscriptam esse, fortasse tum, si coniecturam facere licet, cum Same, quae a. 189 a. Chr. a Romanis capta vastata erat (Strab. X p. 455), de integro condita est (certe recurrunt Samaei Septimio Severo imperatore, cf. *RE* XI 214). Praescribitur autem accurate lege supra posita, qui hereditatem boni domusque ab archioecistis attributae adeant, atque notatu dignum est, quod etiam feminae heredes fieri possunt, cf. Hermann-Thalheim *Gr. Rechtsalt.*⁴ 65 not. 7 et legem Locricam nuper inventam Ἐφ. 1924 (1926), 119. V. 11 ἡτέων· memorabilis sane haec forma vocabuli ἔτοϲ adhuc inaudita, quae etiam v. 31 et 32 exstat. 20 τὸ τᾶϲ οἰκίαϲ μέροϲ videtur hortum significare, cf. Syll.³ 141_5 οἰκόπεδον - - ϲὺν τῶι μέρει et A. Wilhelm *Sitz. Ber. Ak. Wien* 175 (1913) 1, 8. Preuner. Sed in Aegypto possessionem partis domus saepe inveniri admonet Wilamowitz [item Teni, cf. IG XII 5, 872_{49}. 875_{18}. Hiller].

3 FOEDVS AETOLORVM ET ACARNANVM. THYRRHEORVM ARBITRIVM. Athenis in museo nationali (inv. nr. 12228). Parva stela aënea opisthographa (*A*, *B*), non solida sed ex quattuor tabulis composita, infra fracta, supra aëtomate maxima e parte deleto ornata, a. max. 0,42, l. 0,352 (supra) —0,363 (infra), cr. 0,045. Stela inventa est Thermi in ruderibus templi Apollinis. Litt. alt. *A* vs. 1 et 2: 0,01—0,015 vs. 3 sqq.: 0,005 *B* 0,005—0,01, interv. vers. *A* 0,002—0,003 *B* c. 0,007; *A*: Α Ξ et Ξ Σ Φ et Φ Ω, formae diligenter incisae, *B*: Α et Α et Λ Ξ Π Σ Υ. Ed. Soteriades Ἐφ. 1905, 55 cum imagine photographica (πίναξ 2); parvum fragmentum alterius exemplaris tituli *A* Olympiae positi (*Inschr. Olymp.* nr. 40) agnovit A. Wilhelm Ἐφ. 1910, 147, cf. *SB Ak. Wien* 1911, 6, 37 (*A*: Buck² 62. *A* et *B*: Syll.³ 421. Cauer-Schwyzer nr. 381. 396). Cf. Swoboda *Klio* X 1910, 397 et *Staatsaltert.* 299 not. 2; A. J. Reinach *Journ. intern. d'arch. num.* XIII 1911, 236. 239 not. et *Rev. épigr.* I 1913, 395; E. Pozzi *Atti accad. Torin.* XLVII 1911/12, 222; T. Walek *Klio* XIV 1915, 468; Beloch *Gr. G.* IV 1, 610 not. 2; G. Klaffenbach *Klio* XXIV 1930, 223. Exscripsi.

A

ϲ υ ν θ ή κ α κ α ὶ ϲ υ μ μ α χ ί α
Α ἰ τ ω λ ο ῖ ϲ κ α ὶ Ἀ κ α ρ ν ά ν ο ι ϲ.
ἀγαθᾶι τύχαι. ϲυνθήκα Αἰτωλοῖϲ̣ καὶ Ἀκαρνάνοιϲ ὁμόλογοϲ· εἰρήναν
εἶμεν καὶ φιλίαν ποτ' ἀλλάλουϲ, φίλουϲ ἐόνταϲ καὶ ϲυμμάχουϲ ἅμα-
τα τὸμ πάντα χρόνον, ὅρια ἔχονταϲ τᾶϲ χώραϲ τὸν Ἀχελῶιον ποταμ-
ὸν ἄχρι εἰϲ θάλαϲϲαν. τὰ μὲν ποτ' ἀῶ τοῦ Ἀχελώιου ποταμοῦ Αἰτωλῶν εἶμεν, τὰ δὲ
ποθ' ἑϲπέραν Ἀκαρνάνων πλὰν τοῦ Πραντὸϲ καὶ τᾶϲ Δεμφίδοϲ· ταύταϲ δὲ Ἀκαρνᾶν-
εϲ οὐκ ἀντιπο̣ιοῦνται. ὑπὲρ δὲ τῶν τερμόνων τοῦ Πραντόϲ, εἰ μέγ κα Ϲτράτιοι καὶ Ἀγραῖ-

οἱ συγχωρέωντι αὐτοὶ ποτ᾽ αὐτούς, τοῦτο κύριον ἔστω· εἰ δὲ μή, Ἀκαρνᾶνες καὶ Αἰτωλοὶ
τερμαξάντω τὰμ Πραντίδα χώραν, αἱρεθέντας(!) ἑκατέρων δέκα πλὰν Στρατίων καὶ Ἀγρα(ί)-
ων· καθὼς δέ κα τερμάξωντι, τέλειον ἔστω. εἶμεν δὲ καὶ ἐπιγαμίαν ποτ᾽ ἀλλάλους καὶ γ-
ᾶς ἔγκτησιν τῶι τε Αἰτωλῶι ἐν Ἀκαρνανίαι καὶ τῶι Ἀκαρνᾶνι ἐν Αἰτωλίαι καὶ πολίταν εἶμε-
ν τὸν Αἰτωλὸν ἐν Ἀκαρνανίαι καὶ τὸν Ἀκαρνᾶνα ἐν (Α)ἰτωλίαι ἴσογ καὶ ὅμοιον. ἀναγραψάν-
τω δὲ ταῦτα ἐν στάλαις χαλκέαις ἐπ᾽ Ἀκτίωι μὲν οἱ ἄρχοντες τῶν Ἀκαρνάνων, ἐν δὲ Θέρμ-
ωι τοὶ ἄρχοντες τῶν Αἰτωλῶν, ἐν Ὀλυμπίαι δὲ καὶ ἐν Δελφοῖς καὶ ἐν Δω[δ]ώναι κοινᾶι ἑκάτ-
εροι. ἐπὶ ἀρχόντων ἐμ μὲν Αἰτωλίαι στραταγέοντος Πολυκρίτου Καλλιέος τὸ δεύτε-
ρον, ἱππαρχέοντος Φίλωνος Πλευρωνίου, γραμματεύοντος Νεοπτολέμου Ναυπακτίου,
ἐπιλεκταρχεόντων Λαμέδωνος Καλυδωνίου, Ἀριστάρχου Ἐρταίου, Λέωνος Κα-
φρέος, Καλλία Καλλιέος, Τιμολόχου Ποτειδανιέος, Παμφαΐδα Φυσκέος, Σίμου
Φυταιέος, ταμιευόντων Κυδρίωνος Λυσιμαχέος, Δωριμάχου Τριχονίου, Ἀρίστ-
ωνος Δαιᾶνος, Ἀριστέα Ἰστωρίου, Ἁγήσωνος Δεξιέος, Τιμάνδρου Ἐριναῖος(!),
Ἀγρίου Σωσθενέος, ἐν δὲ Ἀκαρνανίαι στραταγῶν Βυνθάρου Οἰνιάδα, Ἐπιλ-
άου Δηριέος, Ἁγήσωνος Στρατίου, Ἀλκέτα Φοιτιᾶνος, Ἀλκίνου Θυρρείου, Θέων-
ος Ἀνακτοριέος, Πολυκλέος Λευκαδίου, ἱππαρχέοντος Ἱππολάου Οἰνιάδα,
γραμματεύοντος Περικλέος Οἰνιάδα, ταμία Ἀγε(λ)άου Στρατικοῦ.
συμμαχία Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνάνοις ἅματα τὸμ πάντα χρόνον.
εἴ τίς κα ἐμβάλληι εἰς τὰν Αἰτωλίαν ἐπὶ πολέμωι, βοαθοεῖν τοὺς
Ἀκαρνᾶνας πεζοῖς μὲν χιλίοις, ἱππεῦσι δὲ ἑκατόν, οὓς κα τοὶ ἄρχοντε-
ς πέμ̣πωντι, ἐν ἁμέραις ἕξ. καὶ εἴ^vi^ τις ἐν Ἀκαρνανίαν ἐμβάλλοι ἐπὶ πολέμωι,
βοαθοεῖν Αἰτωλοὺς πεζοῖς μὲν χιλίοις, ἱππέοις δὲ ἑκατὸν ἐν ἁμέραις ἕξ, οὓς
κα τοὶ ἄρχοντες πέμπωντι. εἰ δὲ πλειόνων χρείαν ἔχοιεν ἅτεροι πότεροι,
βοαθοούντω τρισχιλίοις ἑκάτεροι ἑκατέροις ἐν ἁμέραις δέκα. τᾶς δὲ βοαθοίας τ-
ᾶς ἀποστελλομένας ἔστω τὸ τρίτομ μέρος ὁπλῖται. πεμπόντω δὲ τὰμ βοάθο̣ιαν
ἐγ μὲν Ἀκαρνανίας οἱ στραταγοὶ τῶν Ἀκαρνάνων καὶ οἱ σύνεδροι, ἐγ δὲ Αἰτωλίας
οἱ ἄρχοντες τῶν Αἰτωλῶν. σιταρχούντω δὲ τοὺς ἀποστελλομένους στρατιώτ-
ας ἑκάτεροι τοὺς αὑτῶν ἁμερᾶν τριάκοντα. εἰ δὲ πλείονα χρόνον ἔχοιεν τᾶς βοα-
θοίας χρείαν οἱ μεταπεμψάμενοι τὰμ βοάθοιαν, διδόντω τὰς σιταρχίας, ἔστε κα
ἐν οἶκον ἀποστείλωντι τοὺς στρατιώτας. σιταρχία δ᾽ ἔστω τοῦ πλείονος χρόν-
ου τῶ[ι ἱππεῖ στα]τὴρ Κορίνθιος τᾶς ἁμέρας ἑκάστας, τῶι δ̣ὲ̣ τὰμ πανοπλίαν ἔχο-
[ντι δύο δραχμαί], τῶι δὲ τὸ̣ ἡ̣μιθωράκιον ἐννέ᾽ ὀβολοί, ψιλῶ̣ι ἑπτ᾽ ὀβολοί. ἀγείσθων
[δὲ ἐμ μὲν Αἰτω]λ̣ί(α)ι οἱ Αἰτωλοί, ἐν δὲ Ἀκ̣αρνανίαι οἱ Ἀκαρν̣ᾶνε̣[ς ..⁵..]⁻οι δὲ μ-
- - - - c. 18 - - - - \ΜΕΝ̣- - - - - - - - - - - - - - -ΙΤΑΕΚ
- - - - c. 16 - - Ν̣ΤΩ̣ΝΟΙΜ̣Ε̣ - - - - - - - - - - - - - Ε̣ΣΤΟΙΣ
- - - - c. 22 - - - - - Γ̣Ε- - - - - - - - - - - - - - - - -ΙΝ
- -/

B

στραταγέοντος Χαριξένου τὸ τέταρτον.
κρῖμα γαϊκὸν Στρατικοῦ τέλεος. τάδε
ἔκριναν Θυρρείων οἱ γαοδίκαι· ὅρια τᾶς χώ-
ρας Οἰνιά(δ)αις ποτὶ Ματροπολίταις τὸ δια̣-
τίχισμα (*sic*) καὶ ἀπὸ τοῦ διατειχίσματος
εὐθυωρίαι διὰ τοῦ ἕλεος εἰς θάλασ(σ)αν.
ἀναγραψάτω δὲ τὸ κρῖμα ἁ πόλις τῶν Ο[ἰ]-
νιαδᾶν, πόλις τῶν Ματροπολιτᾶν ἐν
Θέρμωι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλ(λ)ωνος.

vac.

A: 10 fin. ΑΓΡΑ || 13 med. ΛΙΤΩΛΙΑΙ || 25 fin. ΑΓΕΑΑΟΥ || 29 med. in voce εἰ parvum foramen || 35 med. quae litterae inde ab hoc versu usque ad v. 41 lineis subscriptis insignitae sunt, etiam in fragmento exemplaris Olympii exstant, nisi quod hic αν βοάθοια̣ (=vs. 37) scriptum est || 39 in. τῶι μὲν ἱππεῖ Sot., quod supplementum spatium excedit || 40 in. sic vel δώδεκ᾽ ὀβολοί Wilhelm || 41 in. idem; inde ab hoc versu nonnullas litteras plures legit Kla. || 41/2 ἄλλ]οι δὲ μ[ὴ Hiller (Syll.³), spatio brevius neque vestigiis conveniens. — *B*: 4 in. ΟΙΝΙΑΛΛΙΣ || 6 fin. ΘΑΛΑΣΑΝ || 9 fin. ΑΠΟΛΩΝΟΣ. — *A*. Cum adhuc post argumentationem Swobodae

inter omnes fere viros doctos praeter Pozzium, qui titulum medio fere saec. III vindicat, constare videretur hoc foedus inter Aetolos et Acarnanes ictum esse Pyrrho Epirota mortuo (a. 272) vel brevi post, nunc ex eo, quod quaestor Aetolorum Τίμανδρος (v. 21) oriundus est Erineo Doridis, apparet foedus esse post annos 269/268, sc. quo tempore Dorienses in societatem Aetolicam ascripti sunt (Beloch IV 2, 393). Itaque non Pyrrhi mortem sed fugam Alexandri, Pyrrhi filii et successoris, e regno suo pulsi causam et defectionis Acarnanum et foederis supra positi fuisse atque titulum anno fere 262 tribuendum esse probare studui *Klio* l. c. V. 4 ἅματα τὸμ πάντα χρόνον i. e. ἅματα πάντα (IG V 2, 5. 262; IX 1[1], 484 al.) τὸμ πάντα χρόνον atque prius πάντα propter alterum omissum, cf. R. Meister *Leipz. Abh.* XXVII 1909, 326; Pappadakes Ἐφ. 1924, 123 not. 8. Contra alii cum Soteriade ἅματα (ἀμάτα) = ἀδόλως vel sim. interpretantur, vide Cauer-Schwyzer ad nr. 381, ubi adde Buck[2] ad nr. 62. 7 πλὰν τοῦ Πραντὸς καὶ τᾶς Δεμφίδος· uterque locus ignotus; prioris nomen recurrit in Achaia Phthiotide, cf. Fr. Stählin *Hell. Thess.* 187. 14 ἐπ' Ἀκτίωι i. e. in summo Acarnanum foederis fano, quod Apollinis Actii erat, ubi et alia decreta foederis, cf. e. g. *Inschr. Magn.* 31. 16 Πολύκριτος Καλλιεύς· altera Polycriti praetura etiam nr. 17_{97} et 18 *a b* exstat; de prima aliisque praeturis cf. ad nr. 13. De ethnico vide ad nr. 13_{37}. 17 Φίλων Πλευρώνιος· hipparchus etiam nr. 18 *a b*, scriba ca. 270, nr. 13. Ceterum monendum est hic primum exstare illam seriem magistratuum (praetor — hipparchus — scriba), quae inde ab hoc anno sollemnis est, cf. ad nr. 15. — Νεοπτόλεμος Ναυπάκτιος· scriba etiam nr. 18 *a b*, ἔγγυος proxeniae ca. 263, nr. 17_{15}; fortasse idem Ν. Φύσκου Αἰτωλός, qui Delphis ca. 276—267 statua ab Eretriensibus honoratur (Syll.[3] 411; de tempore cf. Beloch IV 2, 463) et eodem fere tempore corona aurea ab Erythraeis donatur (Syll.[3] 412), idemque qui hieromnemo Aetolorum ἄ. Νικοδάμου = a. 258/7 (Syll.[3] 424 *C*; 436), cf. Pomtow *Herm.* LIII 1918, 437. Eius filius (an idem?) ἔγγυος proxeniae ca. 245—236 (nr. 25_{27}) et praetor alterius partis saec. III (nr. $17_{131 \cdot 135}$; nr. 26 et fort. 25_{1}). 18 ἐπιλεκταρχέοντες· de his cf. Swoboda *Staatsaltert.* 368. — Λαμέδων Καλυδώνιος· idem ἔγγυος proxeniae ca. 263, nr. 17_{16}. — Ἑρταῖος· ethnicum ignotum; recurrit in Creta, cf. *RE* VI 552. — Καφρεύς· ethnicum ignotum, de quo cf. *RE* X 1895. 19 Τιμόλοχος Ποτειδανιεύς· Τιμόλοχος quidam hieromnemo Aetolorum ἄ. Νικοδάμου = a. 258/7 (Syll.[3] 424 *C*; 436). Cf. etiam hipparchum Timolochum nr. 191_{11}. De ethnico vide ad nr. 16_{13}. — Παμφαΐδας Φυσκεύς· idem hieromnemo Aetolorum a. 262/1, *BCH* LII 1928, 260. Unus ex posteris Π. Φ., μάρτυς manumissionis ca. 166—156, *SGDI* 1842. — Σῖμος Φυταιεύς· Σῖμος quidam hieromnemo Aetolorum ἄ. Νικάρχου = ca. 227, *SGDI* 2525. De ethnico cf. ad nr. 24_{7}. 20 Κυδρίων Λυσιμαχεύς· idem ἔγγυος proxeniae ca. 271, nr. 13_{7}, atque fortasse idem qui hieromnemo Aetolorum ἄ. Ἀθάμβου = a. 268/7, Syll.[3] 482. De ethnico cf. ad nr. 13_{7}. — Δωρίμαχος Τριχόνιος· hunc esse avum praetoris Dorimachi I, de quo vide ad nr. 30, et eundem atque hieromnemonem Aetolorum ἄ. Ἱέρωνος = ca. 278 (IG II[2] 1132) putat Soteriades haud improbabiliter. 21 Δαιάν· hoc ethnicum recurrit nr. 100_{3}. — Ἀριστέας Ἱστώριος· unus ex posteris Ἀριστέας Ξεννία Ἱστώριος manumissor med. saec. II (*Ath. Mitt.* XXXII 1907, 10 nr. 3). Ethnicum adhuc tantum his duobus locis obvium ad Ithoriam, castellum Aetoliae inter Conopam et Oeniadas situm, de quo vide *RE* s. v., probabiliter refert Hiller (Syll.[3] 421 not. 14). — Ἀγήσων Δεξιεύς· ἔγγυος proxeniae eodem anno, nr. 18 *b*; de ethnico cf. ad nr. 32_{30}. — Τίμανδρος Ἐριναῖος· An huius filius Προξενίδας Τιμάνδρου, ἔγγυος proxeniae fin. saec. III (nr. 31 *a*)? Forma ethnici eadem, quae in titulis Delphicis usitata; ceterum cf. not. initial. 22 Ἄγριος Σωσθενεύς· Ἄγριος quidam hieromnemo Aetolorum ἄ. Κλεώνδα = a. 257/6, Syll.[3] 424 *D*. De ethnico cf. ad nr. 71_{9}. 23 Δηριεύς· forma Δεριεύς invenitur Diod. XIX 67, 4 et IG IV[2] 1, $96_{61 \cdot 65}$. — Φοιτιάν· de nomine oppidi et forma ethnici cf. Syll.[3] 121 not. 10; 421 not. 20; Oberhummer *Akarnanien* 38.

B. 1 Propter formas litterarum multo recentiores quam tituli *A* non praetorem Charixenum I (cf. ad nr. 5), ut Reinach (l. c. 236 not. 2) et Pomtow (Syll.[3] 421 not. 24) voluerunt, sed Charixenum II intellegendum eiusque primam praeturam a. 256/5 vel potius 255/4 attribuendam esse, ita ut quarta in tempus, quod est ca. 235—232, incidat, docui *Klio* l. c. 232; ceterum de praetore Charixeno II cf. ad nr. 18_{18}. 2 Στρατικοῦ τέλεος· cf. Dittenb. ad IG IX 1[1], 369 et Swoboda *Staatsaltert.* 332 cum not. 6. 3 Θυρρείων οἱ γαοδίκαι· Thyrrheum oppidum, quod tunc temporis nimirum Aetolicum erat, aut divisione Acarnaniae ca. 260 inter Aetolos et Alexandrum Epirotam facta una cum Oeniadis et Matropoli sub potestatem Aetolorum videtur venisse aut potius annis 238 sqq., cum Aetoli Epirotarum partem Acarnaniae aggrederentur; certe ante a. 231 rursus amissum est, cf. *Klio* l. c. 234.

4 PROXENIA. DECRETA DE MAGNETIBVS FACTA. Thermi in museo (inv. nr. 57 + 86). *A* (nr. 57) magnus lapis calcarius ad basin pertinens, cuius frontem efficiebat, supra fractus, a reliquis partibus integer, a. max. 0,63, l. supra 0,73 infra 0,75, cr. 0,39. Lapis et in fronte (*a b c*) et in latere dextro (*d*) inscriptus est. *B* (nr. 86) fragmentum undique mutilum a. max. 0,20, l. max. 0,165, cr. 0,045, quod ad lapidem deperditum dextram partem tituli *d* continentem pertinere agnovit Kla. (litteras huius fragmenti lineis subductis dedi). Litt. alt. *a* 0,015 *b* 0,008—0,015 *c* 0,01—0,015 *d* 0,01—0,02, interv. vers. *a* 0,01 *b* c. 0,005 *c* c. 0,007 *d* c. 0,01; *a* Α Κ Σ *b* Δ Κ Ξ Π Σ *c* Α Κ Μ et Μ Ν et Ν Ξ Π et Π Σ Φ *d* Α Γ Σ Φ (phot. omnium titulorum lapidis *A* apud Kern Inscr. gr. tab. 34). Edd. titulum *c* usus apographo Soteriadis Kern *Inschr. Magn.* p. XIV nr. LIVa; omnes titulos praeter *B* Soteriades Ἐφ. 1905, 83 nr. 8 (tit. *c* Cauer-Schwyzer 385; Syll.[3] 554). Exscripsi. *Ect.*

latus anticum.

A *a* [. . . c. 8 . . . Ν]ικάνδρου *vac.*
ἐπ]όηϲε.

intervallum c. 0,02

b [ϲτραταγ]ẹ́οντοϲ Εὐπολέμου Ὑπαταίου προξενίαν Ạἰτωλọ[ὶ]
[ἔδ]ω̣καν κατὰ τὸν νόμον Λυϲικλεῖ Φαίδρου Ἀθηναίοι. ἔγ̣γυοι
Β̣ουθήραϲ, Δαμοκλέαϲ Ὑπαταῖοι. *vac.*

intervallum c. 0,06

c ϲτραταγέοντοϲ Ἀγελάου Ναυπακτίου̣ τὸ
δεύτερον, ἱππαρχέοντοϲ Πολεμάρχου Θυ-
ριϲκαίου, γραμματεύοντοϲ Cκόπα Τριχονέοϲ
ἔδοξε τοῖϲ Αἰτωλοῖϲ· ἐπειδὴ Μάγνητε̣ϲ οἱ ἀ-
πὸ Μαιάνδρου ἀποϲτείλ̣α̣ντεϲ πρεϲβευτ̣ὰν (!)
Μναϲιπτόλεμον καὶ Ἱππόνικον τάν τε οἰκει̣ότα-
τα τὰν ποτὶ τ̣ὸ ἔθνοϲ ἀνενεώϲαντο καὶ τὰν εὔ̣-
νοιαν ἐνεφάνιξαν, ἃν ἔχοντι ποτὶ τὸ κοινὸν̣
τῶν Αἰτωλῶν Μάγνητεϲ, δεδόχθαι τάν τε̣ φιλί-
αν τὰν ποτ᾽ αὐτοὺϲ διαφυλάϲϲειν καὶ τὰν π̣όλι-
ν αὐτῶν καὶ τὰν χώραν ἱαρὰν καὶ ἄϲυλον εἶμεν, καθότι οἱ
πρεϲβευταὶ ἐπαγγέλλοντι, καὶ μηθενὶ ἐξουϲίαν εἶμε̣ν
Αἰτωλῶν μηδὲ τῶν ἐν Αἰτωλίαι κατοικεόντων ἄγε̣[ι]ν
μηθένα ἐκ τᾶϲ χώραϲ τᾶϲ Μαγνήτων μηδαμόθεμ̣ ὁρμω-
μένουϲ μήτε κατὰ γᾶν μήτε κατὰ θάλαϲϲαν. εἰ̣ δ̣έ τίϲ
κ̣α ἄγηι, τὰ μὲν ἐμφανέα ἀναπράϲϲειν ἀεὶ τὸν ϲτ̣ρατα-
γὸν τὸν ἔναρχον, τῶν δὲ ἀφανέων το(ὺ)ϲ ϲυνέδρουϲ κατα-
δικάζονταϲ ζαμίαν, ἅν κα δοκιμάζωντι, ὡϲ τὰ κοινὰ
βλαπτόντων καὶ ἐκπράϲϲονταϲ τὰϲ καταδίκαϲ καὶ ἀποδι-
δόνταϲ τοῖϲ ἀδικουμένοιϲ κυρίο(υ)ϲ εἶμεν. δεδόϲθαι δὲ αὐτοῖϲ
καὶ ψᾶφον ἱερομναμονικὰν ἐν τοὺϲ Ἀμφικτύοναϲ. τὸ δὲ ψάφιϲμα τό-
δε ἀναγράψαι καὶ ἀναθέμεν ἐν Θέρμον καὶ ἐν Δελφούϲ.

latus dextrum.

(incertum quot versus fractura perierint)

d μ̣ο̣ν̣ κ̣α̣ὶ Αἰτ̣ω̣[λοὺϲ ἐπήινεϲαν καὶ ἐϲτεφάνωϲαν χρυϲῶι ϲτεφάνωι ἀπὸ δραχμᾶν δια]-
κοϲίων καὶ ἐψα[φίξαντο ὑπάρχειν Αἰτωλοῖϲ τάν τε πολιτείαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα]
τίμια φανερὰν ποιοῦν[τεϲ, ἃν ἔχοντι εὔνοιαν ποτὶ τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν· δεδό]-
χθαι τόν τε ϲτέφαν[ον, ὃν ἐψαφίξαντο Μάγνητεϲ, ἀποδέξαϲθαι καὶ τὰν πολιτείαν]
τὰν ἀναγγελλομέν[αν ὑπὸ τῶν πρεϲβευτᾶν. ἐπαινέϲαι δὲ Μάγνηταϲ καὶ εἶμεν αὐ]-
τοὺϲ Αἰτωλοὺϲ ἴϲου[ϲ καὶ ὁμοίουϲ καὶ δεδόϲθαι αὐτοῖϲ τὰ ἄλλα πάντα, ὅϲα καὶ αὐ]-
τοὶ δεδώκαντι Αἰτ[ωλοῖϲ - - - - - - - - - - - - - - - - - -]
Αἰτωλοὶ ποιῶνται ὑ[πὲρ - - - - - - Αἰτωλῶν τὸν ϲτραταγὸν ἀεὶ τὸν ἔ]-
ναρχον καὶ Μαγνή[των τοὺϲ ἄρχονταϲ (?) - - - - - - - - - - - - -]
τὰϲ προγεγενημέν̣[αϲ -]
ἐν τοὺϲ φίλουϲ τοὺϲ Α̣[ἰτωλῶν (?) - - - - - - -] ι̣ [- - - - - - - - τὸν] *B*
βαϲιλῆ Φίλιππον ἐπιμ̣[- - - - - - - - - - -] εν̣ [- - - - - - - Ἀμ]-
φιϲϲέων. καταχωρίξα[ι δὲ ἐν τοὺϲ νόμουϲ καὶ τόδε τ]ὸ ψάφιϲ̣[μα καθὼϲ τὸ ἄλλο τὸ ἐπὶ]
ϲτραταγέοντοϲ Ἀγε[λάου τὸ δεύτερον γεγενημένο]μ περὶ Μ[αγνήτων. ἔϲτω δὲ ἁ ἀνα]-
γραφὰ ἔν τε Δελφούϲ, [ὅπου καὶ αἱ πρότεραι εὐεργεϲ]ίαι, ἔν τ̣[ε Θέρμον ὡϲαύτωϲ].

vac. *vac.*

a suppl. Sot. || 2 ante ἐπόηϲε, ubi c. 5 litteris locus est, aut nihil aut ethnicum artificis supplendum. Contra Weinreich hic nomen artificis exstitisse suspicatur, ita ut Νικάνδρου sit patronymicum viri honorati, id quod improbo. — *b* suppl. Sot. || 5 in. nomen certum, . . ΟΥΘΗΡΑΣ Sot. — *c* 10 fin. exspectaveris πρεϲβευτάϲ || 19 fin. μηδαμόθεν Sot. || 22 med. ΤΟΤΣ || 25 med. ΚΥΡΙΟΙΣ, em. Dittenberger. — *d* suppl. ex. gr. Kla., ut conexus sententiarum indicaretur, usus hic illic supplementis Soteriadis.

Antiquissimus huius lapidis titulorum nimirum est *a*, qui ad basin ipsam pertinet cuiusque litterae medium fere saec. III a. Chr. indicant; ceteri postea demum additi sunt neque tamen eo ordine, quo nunc exstant. Nam titulum *b* recentiorem esse titulo *c* satis certa ratione ex indole

litterarum concluditur et nominibus praetorum confirmatur (cf. ad v. 3 et 6).

b 3 Εὐπόλεμος Ὑπαταῖος· Notus est Eupolemus quidam, qui bis praetura fungebatur (189/8 et 176/5, cf. Gillischewski 55). Quem hic agnoscere noluit Soteriades, quia sibi persuaserat hunc titulum propter collocationem ante titulum *c* et terminationem οι pro ωι (Ἀθηναίοι v. 4) exeunti saec. III vindicandum esse. Sed utraque causa stare non potest; nam οι pro ωι etiam posteriore tempore invenitur et litterae tituli *b* utique recentiores sunt litteris tituli *c* neque abhorrent ab ineunte saec. II. Accedit quod iam Gillischewski 56 ex narratione Livii XLI 25 suspicatus est Eupolemum Hypataeum fuisse, id quod hoc titulo probatur. Itaque dubitari non posse videtur, quin prima praetura huius Eupolemi hic exstet, quam Gillischewski summa cum probabilitate a. 189/8 assignavit (187/6 non recte Plassart *BCH* XXXIX 1915, 131 et Levi *Atti accad. Torin.* LVII 1922, 184, cf. ad nr. 71_9); vide etiam ad v. 4. — 4 Ipso a. 189/8 Athenienses una cum Rhodiis studiosissimos deprecatores Aetolorum apud Romanos fuisse satis notum est (Niese II 768).

c 6 Cum praetura Agelai Naupactii a. 217/6 a Polybio V 107,5 commemorata prima haberetur, plerique viri docti alteram praeturam annis 216—212 vel 208—205, fere a. 207/6, tribuerunt. Oblocutus est Beloch[1] III 2, 348, recte monens nequaquam e verbis Polybii apparere illam praeturam Agelai primam fuisse neque ullam rationem interesse inter hunc titulum (*c*) et decreta illa de Leucophryenorum sacris facta, atque ipse alteri praeturae Agelai aut annum 222/1 aut 217/6 assignans (recentiorem annum nunc praetulit, cf. IV 2, 417). In eandem coniecturam tum etiam Pomtow incidit (Syll.[3] 554 not. 1), qui suo iure praeter alia adnotat titulo *c* artissimam necessitudinem esse cum illis titulis, quibus Aetoli inde a medio fere saec. III compluribus civitatibus asyliam decreverunt (Ceis nr. 169; Mytilenaeis nr. 189; Teniis nr. 191; Teiis nr. 192). Quae decreta saepe ad verbum non solum inter se sed etiam cum titulo *c* consentiunt. Diiudicatur autem res eo, quod in titulo supra posito v. 8 scriba Aetolorum nominatur Scopas Trichonensis, qui nimirum non Scopas I, praetor ca. 271 (cf. ad nr. 13), sed Scopas II, primum praetor 220/19 (Gillischewski 11), est. Ex lege a nobis constituta (*Klio* XXIV 1930, 233) ergo apparet Scopam ante 220/19 scribam fuisse, i. e. alteram praeturam Agelai ante hunc annum esse ponendam. Verisimillimum igitur est Agelaum c. a. 224/3 iterum praetura functum esse. Ceterum de Agelao (I) cf. Gillischewski 21; haud dubie idem est, qui Delphis domum habebat (Syll.[3] 610_{41}, cf. not. 17), et fortasse is, de quo Mytilenaei questi sunt, cf. nr. 190. 7 Θυρισκαῖος· idem ethnicum exstat Syll.[3] 553_4. Sot. 8 De Scopa (II) Sosandri f. cf. ad nr. 31_{106}. 9 Causam legationis Magnetum iure suspicatur Soteriades fuisse rapinas, quibus eo maxime tempore Aetoli insulas et litora maris Aegaei vexaverunt (Polyb. IV 16, 4). Idem cadit scilicet in illa asyliae decreta Aetolorum isdem fere verbis confecta, de quibus cf. ad v. 6.

25 Hoc suffragium Amphictyonicum ab Aetolis Magnetibus donatum alterum Magnetum Thessalorum fuisse probabiliter coniecerunt Pomtow (Syll.[3] 554 not. 6) et Beloch (IV 2, 389. 417). Mirum sane est primum hieromnemonem Magnetum Maeandriorum demum Ἀ. Μεγάρτα = a. 204/3 (cf. ad nr. 95_1), Syll.[3] 564, commemorari, id quod adhuc satis idonea ratione explicari non posse videtur.

d Hic titulus, cuius superior pars fractura hausta est cuiusque dextra in lapide praeter fragmentum *B* deperdito exstabat, satis multas difficultates et ad supplendum et ad explicandum praebet. Id sane patet hic quoque agi de rebus ad Aetolos et Magnetas spectantibus, et nomen praetoris Agelai (v. 41) probat rationem quandam intercedere cum titulo *c*. Aetolorum autem decretum, non Magnetum, prodit dialectus dorica. Porro litterae docent decretum *d* aliquanto posterius esse decreto *c*. In primis vero ultimisque versibus conexum sententiarum, qualis ex reliquiis satis sane exiguis aliqua cum probabilitate concludendus esse mihi quidem videtur, supplementis exempli gratia restituere periclitatus sum. Decreverunt igitur Magnetes Aetolis coronam auream, civitatem aliosque honores; quos Aetoli accipiunt eosdemque et ipsi Magnetibus referunt, gravissimum honorem sc. ἰσοπολιτείαν expressis verbis conferentes. Quae si recte se habent, iam accuratius tempus tituli definiri potest. Consentaneum enim est Aetolos hoc non ante a. 194 decrevisse, quoniam hoc ipso anno duos Magnetas Maeandrios civitate donaverunt (nr. 187). Contra nomen regis Philippi v. 39 qualicumque conexu commemoratum demonstrat aetatem tituli ante a. 179 esse ponendam. Ita circumscribitur aetas huius decreti annis 194 et 179, id quod etiam formae litterarum non improbant. Neque igitur decretum *c* Magnetibus ansam dedit Aetolos coronandi et honorandi, ut ad exemplum Chiorum (S. E. G. 258, cf. nr. 195) suspicari proclive est, sed nescio quae alia causa. Denique liceat coniecturam proferre, qua annus ipse tituli definiri possit. Videor enim mihi non sine veritatis specie conicere cum titulum *b* non modo post *c* sed etiam post *d* in spatio vacuo inter *a* et *c* relicto exaratum esse, ergo titulum *d* superiorem esse etiam a. 189, tum litteras - - μον (v. 28) esse terminationem nominis proprii i. e. praetoris Aetolorum, qui et ipse a Magnetibus honoratur, velut in decreto Mytilenaeorum IG XII 2, 15 legimus: ἐπαίνησαι τὸ κοῖνον τῶν Αἰτώλων καὶ τοὶς προέδροις καὶ Πανταλέοντα τὸν στρόταγον. Quod si ita est, ex praetoribus annorum 194—189 Ἀρχέδαμος solus in censum venit, qui a. 191/0 primum in munere fuit (Gillischewski 47). Cui temporis definitioni haud scio an inde fides addatur, quod vs. 39/40 de Amphissensibus verba fieri videntur, qui hoc ipso anno (190) gravi obsidione Romanorum premebantur (Polyb. XXI 4; Liv. XXXVII 5 ss.). 39 Videtur novum enuntiatum incipere: ἐπιμ[ελεῖσθαι δέ. 42 Praescribitur, si recte supplevimus, ut titulus *d* et Delphis et Thermi in eodem monumento, in quo titulus *c* sit, incidatur. Ceterum cf. Syll.[3] 939_{13} ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐν οἷς ἔθος ἐστὶν ἀναγράφειν τὰς εὐεργεσίας.

5 PROXENIAE. Thermi in museo (inv. nr. 79). Fragmentum stelae lapidis calcarii undique mutilum praeter dextram partem, ubi margo servatus est, a. max. 0,44, l. max. 0,39, cr. 0,05. Litt. alt. 0,01—0,014, interv. vers. c. 0,006; Α et Α Ξ Σ Ο. Ed. Soteriades Ἐφ. 1905, 99 nr. 16 et 17. Exscripsi. *Ect.*

[Ἀγαθᾶι τύ]χ̣α̣ι. ἐπὶ Χαριξέ̣ν̣[ου στραταγ]-
[οῦ, Λ]α̣κ̣ράτεος γραμματιστᾶ Αἰτ̣ω̣[λοὶ]
[ἔδωκα]ν Ἀριστίωνι Ἀνδροκλέους Χα[λεῖ]
[καὶ] ἐ̣γ̣γ̣ό̣νοις προξενίαν τἆλλα, ὅσα̣
[καὶ] τ̣ο̣ῖ̣ς̣ ἄ̣λλοις προξένοις δέδοται. ἔγ-
[γυος Σ]κ̣ό̣π̣α̣ς̣ Τ̣ριχονιεύς. *vac.*
[Ἀγαθᾶι τύ]χ̣α̣ι. ἐ̣πὶ Χαριξένου στραταγ-
[οῦ, Λακράτε]ο̣ς̣ γραμ̣ματιστᾶ Αἰτωλοὶ
[ἔδωκαν . .4—5. .]δ̣ώρ̣ω̣ι ε̣ὐ̣θυκλέους Κο[ριν]-
[θίωι καὶ ἐ]γ̣γ̣ό̣ν̣ο̣ις προξενίαν τἆλλα,
[ὅσα καὶ τοῖς] ἄ̣λ̣λ̣ο̣ι̣ς̣ π̣ρ̣ο̣ξ̣ένοις δέδοτ-
[αι. ἔγγυος . .6—7. .]τ̣ο̣ς Καλ̣υδώνιος. *vac.*

vacat

Suppl. et lectiones Soteriadis corr. Weinreich || 2 in. et 8 Kla. || 9/10 Hiller in schedis Weinreichii.

Cum Soteriades l. c. 100 et 98 titulum medio fere saec. III tribuat, formae litterarum potius initium huius saeculi produnt (simillimae sunt nr. 6 et 8, fortasse eiusdem quadratarii). Idem comprobant et totus tenor tituli antiquitatem quandam redolens et hipparchus non commemoratus (cf. ad nr. 15) et vox γραμματιστάς pro solito γραμματεύς (vel γραμματεύων) usurpata, quae inde ab anno c. 272 non iam invenitur (cf. nr. 10. 11. 13 al.). Accedit quod ex v. 3 necessario concluditur tunc temporis oppidum Ozolarum Chalium nondum in dicione Aetolorum fuisse. Quod cum artiore necessitudine cum Amphissa coniunctum esset (cf. *RE* III 2037), eandem fere fortunam passum fuisse consentaneum est. Atqui inter annos demum ca. 272—263 Amphissenses in potestatem Aetolorum venerunt, cf. ad nr. 12_1. Ergo ob hanc quoque causam titulus ante hos fere annos ponendus est. Intellegendus igitur est ἔγγυος Σκόπας Τριχονιεύς (v. 6) praetor ca. 271, de quo vide ad nr. 13_3. Quae cum ita sint, stare non possunt, quae de Sanctis (*Riv. fil.* 1923, 176) et Flacelière (*BCH* LI 1927, 350) de praetore Charixeno disseruerunt, sumentes unum huius nominis praetorem saec. III exstitisse, cuius quattuor praeturae in annos fere 260—230 inciderent. Sed recte Pomtow (*Klio* XV 13 not. 1; Syll.[3] 402 not. 6) et Beloch (IV 1, 610 not. 2) duos praetores distinxerunt, atque agitur in titulo supra posito de praetura Charixeni I, quae respondet magistratui archontis Attici Dioclis (ex supplemento valde probabili Kirchneri in titulo IG II[2] 652, quod frustra, ut nunc apparet, de Sanctis l. c. in dubitationem vocavit). Quod vero Diocles a. 288/7 in munere fuit (cf. Beloch IV 2, 65; contra a. 290/89 defendit Kirchner *SB Ak. Berlin* 1918, 146 et ad IG II[2] 650), titulus supra positus huic anno vindicandus est. Charixenus I erat Τριχονεύς, cf. nr. 14 (et fort. nr. 54); ceterum vide etiam ad nr. 18_{18}. 2 Λακράτης· haud dubie idem qui dux Aetolorum contra Gallos a. 279, Paus. X 20, 4. 3 Χαλεύς· ad hanc formam pro Χαλειεύς usurpatam cf. Rüsch *Gramm. delph. Inschr.* 283 et IG VII 208. 6 Τριχονιεύς· haec forma ethnici raro exstat, cf. *SGDI* 2058; Polyb. XVIII 10,9; Paus. II 37,3; Steph. Byz.

6 PROXENIA. Thermi in museo (inv. nr. 13). Lapis calcarius candidus a dextra fractus a. 0,33, l. 0,35, cr. 0,095. Litt. alt. 0,008—0,011, interv. vers. 0,005; Α Κ Ξ Π Σ. Exscripsi. *Ect.*

Χ
Α

Ἀγαθᾶι τύχηι. τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν ἔδ[ωκεν]
Ἀ̣φθονή^υ^τωι Χαρ(ι)δήμου καὶ τοῖς υἱοῖ̣ς̣ [αὐτοῦ]
[Π]ολυστράτωι, Ἀναξάνδρωι, Χα̣ρ̣ιδήμ̣[ωι]
[π]ρ̣οξενίαν, ἰσοπολιτείαν, ἀσφάλεια[ν, ἀσυ]-
λίαν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης αὐτῶι [καὶ ἐγγό]-
ν̣οις καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσα[ν καὶ]
ἔκκτησ̣ιν (*sic!*) καὶ γᾶς καὶ οἰκίας καὶ τἆλ[λα, ὅσ]-
α καὶ τοῖς ἄλλοις προξένο.ς καὶ εὐε[ργέ]-
ταις δίδοται, Ἀχαιοῖς ἀπὸ Φθίας ἐξ Αι . .c.3. .-
ρων. βουλαρχούντων Φύσκου Ναυπακτίο̣[υ, . .2—3. .]-
μ̣αδέα Ϝαξ(ί)ου, Στρατάγου Φυταιέως, Καλλ[ία Ἡρα]-
κλειώτα, γραμματεύοντος Μνασιμά[χου]
Ο̣[ἰ]ναί⟨ι⟩ου. ἔγγυος τᾶς π̣ροξενίας Πολέ[μαρ]-
χος ἐξ Ὑποσιρίας.

Suppl. Weinreich in schedis || 2 in priore nomine laesura lapidis; ΧΑΡ ΔΗΜΟΥ || 9/10 nimirum supplendum nomen oppidi cuiusdam Phthiotici. An Αἰ[γεί]ρων? Ad formam τὰ Αἴγειρα cf. Steph. Byz. s. v. Φενεός || 10/11 [Δα]μαδέα? [Χαρ]μαδέα? || 11 ϜΑΞΟΥ.

Litteratura titulum priori parti saec. III assignat, cf. etiam ad nr. 5 et 8, qui fortasse ab eodem quadratario exarati sunt. Compendium, quod supra titulum scriptum est, scilicet Ἀχ(αιῶν) vel similiter expediendum est; idem exstat in nummis foederis Achaici, cf. Head[2] 416 (de eiusmodi compendiis cf. Syll.[3] 265 not. 1; vide etiam nr. 17 *A*). 9 Demoticum praeter consuetudinem hoc demum loco a quadratario positum esse videtur, quod supra neglegentia praeteriit. 10 De bularchis cf. Swoboda *Staatsaltert.* 361. Quot fuerint, non minus latet quam ratio, qua modo bularchi modo praetor ad definiendam titulorum aetatem nominantur. Inveniuntur sane adhuc quidem non nisi in titulis saec. III a. Chr., atque commemorantur u n u s tantum bularchus nr. 7. 8. 31*k*, d u o nr. 11*f*. 12*f*. 16*b*, t r e s nr. 9, q u a t t u o r nr. 6. 22/3, s e x nr. 136. Cum autem nr. 16*b* et 22/3 soli exstent, ceteroquin eis scriba, nonnumquam etiam una cum hipparcho (nr. 7. 8. 31*k*), additur, unde apparet hunc scribam non senatus (cf. ad nr. 69) sed publicum foederis intellegendum esse. — Φύσκος Ναυπάκτιος occurrit eodem munere fungens nr. 7, qui titulus ergo eiusdem anni est atque titulus supra positus. Idem videtur esse praetor nr. 20 (ubi vide ad

v. 4) et hieromnemo Aetolorum ἄ. Πραόχου = a. 250/49, *BCH* LII 1928, 276 (sed de hieromnemone Physco ἄ. Ἥρυος = a. 238/7, Syll.[3] 499, dubius sum). Fortasse etiam non diversus Φύσκος Μαχάτα Ναυπάκτιος, qui proxenia a Thisbensibus donatur IG VII 2224 (de tempore non constat); si ita est, pater Μαχάτας idem intellegendus qui ἔγγυος proxeniae nr. 17_{96}. Porro ad Physcum supra positum pertinere videtur statua ab Eleis (aut Aleis Arcadibus? Cf. ad nr. 7_5) medio saec. III (vel antea) Olympiae Physco Aetolo posita (*Inschr. Olymp.* 295). Physci cognatus, quamquam de gradu mihi quidem non constat, haud dubie Νεοπτόλεμος Φύσκου Αἰτωλός, de quo vide ad nr. 3_{17}. 11 Inter Vaxios Cretenses et Aetolos erat ἰσοπολιτεία, cf. nr. 193 (Swoboda *Staatsaltert.* 330 not. 1). Quam iam priore parte saec. III exstitisse titulo supra posito docemur. — Φυταιεύς· cf. ad nr. 24_7. — Καλλίας Ἡρακλειώτας· huius nepos fortasse Κ. Μάχωνος Ἡρακλειώτας, μάρτυς manumissionis ἄ. Μαντία = a. 200/199, *SGDI* 2116. 12 Μνασίμαχος Οἰναῖος· eodem munere fungitur nr. 7. Ethnici eadem forma exstat Syll.[3] 539 A_7 et nr. 7, cum ceteroquin Οἰνοαῖος inveniatur. Si ethnicum revera, ut quidem videtur, ad oppidum Locricum Οἰνεών (sic Thuc., Steph. Byz.) pertinet (sic iam Cahen *BCH* XXII 1898, 358), tunc temporis oppido nomen Οἰνόη fuit (de situ cf. O. Roltsch *Die Westlokrer* 1914, 22). Certe Ozolae omnes fere iam ante a. 290 ab Aetolis subiecti sunt (cf. *RE* XIII 1218). 14 ἐξ Ὑποσιρίας· de situ non constat; ethnicum Ὑποσείριος nr. 16_{14}. $17\,A_7$. Syll.[3] $539\,A_6$.

7 CIVITATIS DECRETVM. Thermi in museo (inv. nr. 56). Basis lapidis calcarii infra et a tergo fracta, ex duobus fragmentis composita, a latere antico superiore laesa, in latere superiore duo foramina rotunda; a. max. 0,26, l. 0,53, cr. max. 0,38. Litt. alt. c. 0,01, interv. vers. 0,008; ΑΜΣ, titulus valde detritus et difficilis lectu. Exscripsi. *Ect.*

[ἀγαθᾶι τ]ύ̣χ̣ηι. τὸ κοινὸν τῶν Α̣ἰτω̣[λ]ῶ̣ν ἔ̣δ̣[ωκ]εν Ε̣.Λ̣..c.5..
[...c.9....ο]υ̣ Ἀ̣λεοῖ κ̣αὶ Νικαγό̣ρ̣α̣[ι Σ]τρ̣α̣τ̣ομάχου̣ Φ̣ω[κεῖ αὐ]-
[το]ῖ̣ς̣ κ̣α̣ὶ̣ ἐ̣γ̣γό̣νοις̣ πολιτείαν ἐ̣ν̣ Αἰτωλίαι ἴσ̣α̣ν̣ κ̣α̣ὶ̣ ὀ̣μ̣[οί]-
[α]ν̣ μ̣ε̣τ̣εχ̣ό̣ντ̣οις πάντων, ὧ̣ν̣ κ̣αὶ οἱ ἄλλοι Αἰτωλοί̣. ἐ̣δ̣ό̣θ̣[η]
ἁ̣ π̣ο̣λ̣ι̣τ̣εία ἐπὶ τῶν περὶ Φύσ̣κον βουλαρχούν̣τ̣ω̣ν̣, [γραμ]-
[μα]τ̣ε̣ύ̣ο̣ν̣τ̣ος̣ Μ̣να[σιμάχου Οἰ]ναίου, ἱππαρχοῦν̣τ̣ος .c.3. -
[..c.5.. Τρι]χ̣ονίου. *vacat*

Suppl. Kla. ‖ 1 fin. An ἔ̣δ̣[ωκ]ε Ν̣ε̣[ο]λ̣[αΐδαι]?

Supra titulum exarata erat nimirum dedicatio quaedam, quae fractura hausta est. 2 Ἀλεός· Steph. Byz. s. v. Ἀλέα· πόλις Ἀρκαδίας - - ὁ πολίτης Ἀλεός, ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ; cf. IG V 2 p. 74. 5 De Physco Naupactio cf. ad nr. 6_{10}, qui titulus eiusdem anni est atque titulus supra positus (prioris saec. III partis). An in titulo illo *Inschr. Olymp.* 295 (ἁ πόλις τῶν Ἀλείων Φύσκον Αἰτωλὸν ἀνέθηκεν) non Elei (Ἀλείων) sed Alei Arcades (Ἀλειῶν; de hac forma ethnici cf. ad nr. 9_4) intellegendi sunt? — De bularchis cf. ad nr. 6_{10}. 6 Μνασίμαχος Οἰναῖος· eodem munere fungitur nr. 6_{12}, ubi cf. de ethnico. Hipparchus et scriba cum bularchis commemorati exstant etiam nr. 8 et $31\,k$.

8 PROXENIA. Thermi in museo (inv. nr. 32 + 109). Tabula lapidis calcarii ex tribus fragmentis composita (maximum fragm. inv. nr. 32, duo minora, quae nunc agglutinata sunt, nr. 109); sinister angulus superior deest; a. 0,55, l. 0,295, cr. 0,085. Litt. alt. 0,01, interv. vers. 0,005; ΑΞΠΣ et ΣΩ. Cf. Weinreich *Herm.* LIII 1918, 436. Exscripsi. *Ect.*

[ἀγαθᾶι τύ]χ̣ηι. τὸ κοινὸν τῶ̣ν̣
[Αἰτωλῶν ἔ]δ̣ωκε Καλλίππωι
....c.9.... Κ̣εφαλ̣λ̣ᾶνι ἐκ Πρ-
[ώννων πρ]ο̣ξενίαν, ἰσοπολιτ-
[είαν, ἀσφά]λειαν αὐτῶι καὶ ἐγ-
[γόνοις κ]αὶ πολέμου καὶ εἰρή-
[νης] καὶ γᾶς ἔγκτησιν καὶ οἰ-
[κία]ς καὶ εἰσάγουσι καὶ ἐξάγο-
[υσι] καὶ τἆλλα, ὅσα καὶ τοῖς
[λοιπ]οῖς δίδοται προξένο-
[ι]ς̣. β̣ο̣υλαρχοῦντος Λυκέα
Δ̣υ̣μ̣αίου, ἱππαρχοῦντος
Δράκοντος Πολιέος, γρα-
[μ]ματεύοντος Ἀγέα Καλ-
[λι]έος. ἔγγυος τᾶς προξενί-
[α]ς Σφοδρίας ////////////////
///// Ναυπάκτιος.

Suppl. v. 1—6 Kla., 7 ss. Weinreich in schedis ‖ 16/7 rasura.

Litterarum formae titulum priori parti saec. III tribuunt; simillimae sunt iis, quibus nr. 5 et 6 exarati sunt, ita ut omnes hi tituli ab eadem manu scripti esse mihi quidem videantur. 3 Κεφαλλὰν ἐκ Πρώννων· cf. ad nr. 31_{81}. 8 Verba καὶ εἰσάγ. καὶ ἐξάγ. nimirum falso loco posita sunt. 11 Unum bularchum cum hipparcho et scriba habes etiam nr. 7 et $31\,k$; ceterum cf. ad nr. 6_{10}. — Λυκέας Δυμαῖος· Nomen Λυκέας inter hieromnemones Aetolorum ἄ. Ἱέρωνος = c. a. 278 (Syll.[3] 399_4), ἄ. Καλλικλέος = a. 261/0 vel 256/5 (Syll.[3] 422_3), (ἄ. Καλλία =) a. 230/29 (Syll.[3] 509_4) recurrit. Ad ethnicum, de cuius lectione mihi non prorsus constat, conferendum videtur ethnicum Δυμάν, de quo cf. nr. 17_3. 13 Δράκων Πολιεύς· idem ἔγγυος proxeniae c. 263, nr. 17_5. Ex eius familia, fortasse nepos vel pronepos, ...τας Δράκωνος Πολιεύς, ἔγγυος proxeniae a. 194 (nr. 187_{12}), Weinreich l. c. 437; cf. etiam ad nr. 51_6. De ethnico, quod est Locrorum occidentalium, cf Syll.[3] 598 not. 16. 14 Καλλιεύς· cf. ad nr. 13_{37}.

9 CIVITATIS DECRETVM. Thermi in museo (inv. nr. 102). Stela lapidis calcarii infra fracta, supra in formam aëtomatis redacta, inventa παρὰ τὴν Ἁγ. Τριάδα (παρὰ τὴν κρήνην), a. max. 0,56, l. 0,31 (supra) — 0,33 (infra), cr. 0,155. Litt. alt. 0,01—0,015, interv. vers. 0,007; ΑΠΣ. Exscripsi. *Ect.*

ἀγαθῆι τύχηι. *vac.*
[Α]ἰτωλῶν τὸ κοινὸν
Καλλιϲτὼ Ἀριϲταίχμο[υ]
[θυ]γατέρα Ἀλειοῦ αὐτὴ[ν]
[καὶ] ἐκγόνουϲ ἐπόηϲεν
[π]ολῖτιν καὶ Αἰτωλίδα πά[ντ]-
[ω]ν ἰϲόμοιρον ὅϲων καὶ οἱ [λοι]-
ποὶ Αἰτωλοί. ὑπὸ βουλάρχων
[Ἀριϲ]τονίκου Πλευρωνίο[υ],
Ἀρ[χι]δάμου Χωλέου, Ϲ . .
. . . . ονοϲ Τιταίου. [ἔγγ]-
[υοι Ἄρ]ατοϲ Θεϲτιεὺϲ [καὶ]
Νικόλαοϲ Ποτιδανιεύϲ. [ὑπὸ]
γραμματέωϲ - - - - - -
\- - - - - - - - - - - -

Suppl. Kla. || 12 in. ΚΡΑΤΟΣ e lapide exscripsi, quod incredibile; Α.ΑΤΟΣ in ectypo lego || 12 fin. fortasse post Θεϲτιεύϲ vacabat.

Formae litterarum similes nr. 5. 6. 8 titulum priori saec. III parti assignant. 4 Ἀλειοῦ· derivandum ab oppido Arcadico Ἀλέα (cf. ad nr. 7_2), non ab Elide; debebat enim in huius tituli sermone Ἠλείου exstare. Eandem formam ethnici habes *Inschr. Olymp.* 30 (cf. IG V 2 p. 74), fortasse etiam l. c. 295, cf. ad nr. 7_5. 6 De civitate feminis data cf. O. Braunstein *Die polit. Wirksamkeit d. griech. Frau* (diss. Lips. 1911) 21. De auctoritate, quam mulieres apud Aetolos habebant, cf. Syll.[3] 511 not. init. et 532 not. 3. 8 ὑπὸ βουλάρχων· idem usus notabilis praepositionis ὑπό occurrit ex. gr. in titulis Eliacis *Inschr. Olymp.* 36. 39 (ὑπὸ ἑλλανοδικᾶν). De bularchis cf. ad nr. 6_{10}. 10. 11 Ethnica prorsus ignota. Nonne Τιταίου (lectio certa!) per errorem pro Τιτραίου (cf. ad nr. 11_{48}) exaratum? 12 Θεϲτιεύϲ· cf. ad nr. 30_6. 13 Νικόλαοϲ Ποτιδανιεύϲ· N. quidam hieromnemo Aetolorum ca. med. saec. III (Syll.[3] 461). De ethnico cf. ad nr. 16_{13}. 14 Addidit quadratarius hoc loco nomen scribae, quod v. 11 debebat.

10 CIVITATIVM ET PROXENIARVM DECRETA. Thermi in museo (inv. nr. 67). Magnus lapis calcarius, a dextro angulo superiore laesus, cuius in lateribus dextro et sinistro anathyrosis, quae dicitur, in superiore duo foramina exstant; a. 0,865, l. 1,065, cr. 0,34. Litt. alt. *a* 0,01—0,014 *b* 0,01 *c* 0,008—0,01, interv. vers. *a* c. 0,01 *b* c. 0,004 *c* c. 0,007; formae omnium titulorum fere eaedem Α Σ (*a* etiam Σ), neglegenter incisae. Superficies lapidis valde detrita, itaque lectio difficillima. Exscripsi. *Ect.*

videntur sex fere versus praecessisse.

a
[(ἐπὶ ϲτραταγοῦ Δορκίνα *vel similiter*), γραμματεύον]τοϲ Πολυ-
χάρμου. ἔγγυοϲ . . . ω . . . οϲ. *vac.* [ἀγαθᾶι τύχαι. τὸ κοινὸν]
τῶν Αἰτωλῶν ἔδωκεν - - - - - - - - - - - - - -
[καὶ] αὐτῶι καὶ ἐγγόνοιϲ πολιτείαν ἐν Αἰτωλίαι ιϲαν καὶ
V. 3 Prima praetura Hagetae est a. 218/7 (Polyb. V 91,1), altera ἄ. Εὐαγγέλου = a. 201/00 (cf. Pomtow *Klio* XVII 200), *SGDI* 2049; illa hic intellegenda, cf. ad v. 5. Duas domos habebat Delphis, quibus a. 190 privatus est, Syll.[3] $610_{78.79}$. Filius est Lochagus, praetor 179/8 (Gillischewski 20), nepos Hagetas, ἄρχων ἐν Καλλιπόλει c. a. 165, *SGDI* 1765 (an hic idem atque praetor fin. saec. III?). 5 Titulum v. 5 sqq. haud multo post titulum antecedentem exaratum esse docent cum litteratura tum nr. 28 ipse quoque exeuntis saec. III, ubi commemoratur altera Stratonis praetura. Efficitur ergo, ut v. 3 de prima praetura Hagetae quoque agatur atque prima praetura Stratonis post a. 218/7 statuenda sit i. e. a. 213/2, cf. ad nr. 28 (eadem praetura Stratonis exstat etiam nr. 96). 6 Λάδικος Ἀρσινοεύς· Ladicus Arsinoënsis, praetor τὸ β′ = med. saec. II (*Ath. Mitt.* XXXII 1907, 18 nr. 11), filius aut nepos est (l. c. 54 not. 1). Cf. etiam hieromnemonem Aetolorum cognominem a. 214/3 *BCH* LII 1928, 278 (cf. 280). 7 Μυστακεύς· ethnicum ignotum, quod etiam nr. 24_{14} exstare videtur.

60 CATALOGVS NOMINVM. Thermi in museo (inv. nr. 58). Lapis calcarius exedrae semicirculae, cuius in lateribus dextro et sinistro anathyrosis, quae dicitur, in superiore tria foramina exstant, a. 0,60, l. 1,17, cr. min. 0,375. Litt. alt. c. 0,01, interv. vers. c. 0,005; Α Μ Ξ Π et Π Σ Υ Φ. Exscripsi. *Ect.*

I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII
	Πάμφιλος	[Κ]ά̣λλη̣ς	Μητρόδ̣ω̣ρος	Φι̣λότ̣ιμο̣ς (?)	Ἀ[σ]κ̣λ̣ηπιάδης	Βάκχ̣ιος	
	Ἀσκλάπων	Θρασυμήδης	Ἀπολ(λ)ωνίδη̣ς	[Δη]μ̣ήτριος	Αἰγεύς	Μητροφάνης	
	Μηνόδωρος	Ἀπολλώνι̣ο̣ς	Ἀπολλώνιο̣ς	Τ̣ίμων	Μένανδρος	Ἀσκλάπων	
	Μηνογένης	Εἰκάδιος	Ἐπικράτη̣ς	Ἀ̣νδρόμαχο̣ς	Στράτων	Μόλις	
	Δημήτριος	Ἡγέμαχος	Ἀπολλώνιο̣ς	[.]έ̣νων	Ἀπ̣ολλώνιος	Μενίσκος	
– – ιος	Ἀπολ(λ)ώνιος	Διογένης	Δημήτριο̣ς	Μ̣ηνόφιλος	Στράτων	Αἶμος	
	Λεύκιος	Βάκχιος	Ἀρτεμίδωρ̣ο̣ς	Π̣ο̣λ̣έμων	Μειδίας	Ἀρίσταρχος	
– – δ]ωρος	Δημήτριος	Διονύσιος	Ἑρμοκράτ̣η̣ς .	[Μ]έ̣νανδρος	Μένανδρος	Δαϊμένης	
	Βίων	Ἀπολ̣(λ)ω̣νίδης	Ἀπολλώνιο̣ς	Δ̣η̣μ̣ήτριο̣ς	Δημήτριος	Ἀπολλόδωρος	*rarissima atque plane incerta vestigia litterarum*
– – ος	Μενέμαχος	Ἄνδρων	Ἀπολλώ̣νι̣ο̣[ς]	[Σ]τ̣[ρ]ά̣των	Δαϊμένης	*vac.*	
	Διογένης	Ἀριστόμαχος	Φιλόξενο̣[ς]	[Μ]έ̣νανδ̣[ρος]	Μένων	Ξ̣ένων	
	Ἰδαῖος	Ἀρτεμίδω̣ρος	Μάτρων	Ἀπ̣ο̣λλώνιος	Φειδόλαος	Ἄνδρων	
	Δημήτριος	Μένιππο̣ς	Ἄλ̣κιμο[ς]	Ἀ̣σκληπιάδ̣ης	Νέων	Αἴ̣σιμος	
	Μαλούσιο̣ς	Μαρσύας	Διογένη̣[ς]	Ἀ̣σ̣κληπ̣ιάδη̣ς	Μηνόδωρος	Μιδ̣ίας	
	Μάτρων	Μένιππος	Ἀρτεμίδ̣ωρ̣[ος]	[Μη]ν̣οφάνης	Ποτάμ̣ων	Τ̣ίμων	
– – ς	Διογένης	Ἀσκληπιά̣δης	Μ̣ηνογέ̣νη̣[ς]	[Ἀσκ]λ̣ηπ̣ιάδης	Μηνόδωρος	Ἱ̣π̣π̣όνικος	
– – ης	Διόφαντος	Ἀρτεμ̣ίδωρος	Ἀπολλώ̣νι̣ο̣[ς]	[Ἀπ]ο̣[λ]ω̣νίδης	Λεύκιος	Κράτιππος	
	Νικόλαος	Ἀπολλωνίδης	Ἀ̣τ(τ)ινᾶ̣ς	Μ̣ε̣νέστρατος	Μηνόδωρο̣ς	*vac.*	
	Μοσκίων	Με̣ν̣έμαχος	Ἀπολλώ̣νιο̣[ς]	. . . ᶜ· ⁸ . . . ης	Ἀ̣ρτέμων	Μειδ̣ία̣ς	
	Σκυθινός	Ἀντ̣ί̣πατρος	Δ̣ε̣ίν̣α̣ρ̣χ̣ο̣ς		Κλέαρχος	Μένανδρος	
	Ἀπολλωνίδης	Ἀπολ̣λωνίδης	Ἀπολλωνίδ̣η̣ς		Μένανδρο̣ς	Μ̣ενεκ̣ράτης	
– – ς	Ἀρτέμων	Ἀπολλώνιος	Μ̣έ̣ν̣ιππο̣ς		Μ̣ήδειος	Β̣ά[κ]χ̣ιος	
– – ο̣ος	Ἑρμοκράτης	Ἡ̣ρόδ̣οτος	Μητρ̣ο̣ – –		Μένιππος	Μηνό̣φ̣ιλος	
	Μενεκλῆς	Ἀπολλωνίδη̣ς	Διογ̣έν̣[ης]		Μ̣έ̣νανδρος	Μητρ̣[ό]δ̣ωρ̣ος	
	Ἀρτέμων	Εὔβουλο̣ς	Ἀ[π]ο̣λλω̣[ν – –]		[Κρ]άτ̣ιπ̣π̣ο̣ς	– – – – –	
– – ος	Ἴστρος	[Μ]ε̣ν̣έμαχο̣ς				. . ᶜ· ⁵ . . δ – –	
	Μενέμ̣αχος	. . . . ο – –					
	Μ̣ηνόφ[ι]λ̣ο̣ς						
	vac.						

Suppl. Kla. || 1 initia nominum huius columnae in lapide a sinistra attiguo exarata erant || II 6 ΑΠΟΛΩ ΝΙΟΣ, item III 9. IV 2 || III 27 si umbras litterarum recte interpretor, Πατροκλῆς || IV 18 ΑΤΙΝΑΣ || IV 23 Μητρο[φάνης aut δωρος] || V 1 lectio incerta; apographum meum Φιλότιμος, sed in ectypo prima littera mihi potius Α videtur esse || V 5 [Μ]ένων aut [Ξ]ένων.

Catalogus per columnas digestus, e quibus nunc octo numerantur, plures nimirum in lapidibus a sinistra et dextra deperditis exstabant, haud dubie nomina eorum continebat, qui hanc exedram dedicaverunt. Quinam fuerint, plane incertum est, siquidem id quoque haud iniuria dubitari posse videtur, num haec nomina omnia sint Aetolica. Quae si revera Aetolica sunt, de dedicatione collegii cuiusdam cogitandum est (cf. nr. 117), sin minus, conieceris nomina militum mercennariorum esse. Quamquam et ethnica exspectantur et Aetoli rarissime milites conduxerunt (Busolt-Swoboda *Gr. Staatsk.* II 1528). Ceterum, utcumque res se habet, notatu dignum est nomina saepe redeuntia (velut Ἀπολλώνιος undecies, Ἀπολλωνίδης octies, Δημήτριος et Μένανδρος septies, Ἀσκληπιάδης et Διογένης quinquies etc.) nullo distincta esse additamento. Formae litterarum fere finem saec. III produnt. — II 14 Μαλούσιος· cf. Bechtel *H.P.* 527. — II 19 Μοσκίων pro solito Μοσχίων. — III 1 Κάλλης· cf. Bechtel *H.P.* 232. — VII 4 Μόλις· cf. Bechtel *H.P.* 323.

---

61 BASIS STATVAE. Thermi in museo (inv. nr. 71). Angulus superior dexter lapidis calcarii regula ornati, qui ad basim pertinebat, ita ut a dextra alius lapis continuaretur; a. max. 0,17, l. max. 0,28, cr. max. 0,075. Litt. alt. 0,03, interv. vers. 0,015; Α. Exscripsi. *Ect.*

[τὸ κοι]ṇὸν τῶ | [ν Αἰτωλῶν - -
ιΙΙΑ |

Tempus tituli videtur s. III ad finem vergentis esse.

---

62 ARBITRORVM MONVMENTVM. Thermi in museo (inv. nr. 110). Magna tabula lapidis calcarii ad basim pertinens, a sinistra fracta, a dextra laesa; a. 0,22, l. max. 0,725, cr. 0,65. Litt. alt. 0,03, interv. vers. 0,015; ΑΞΣ. Exscripsi. *Ect.*

vac.
[τὸ κοινὸ]ṇ τῶν Αἰτωλῶν Ὄψινο[ν τοῦ δεῖνος *sequebatur unum vel plura nomina*]
[Ἐρετριεῖς(?)] δικάξαντες Αἰτω̣λ̣[οῖς τὰν περὶ - - - - - δίκαν ἀνέθηκε].
vac.

Supplevi ad exemplum tituli nr. 70 sumens, id quod necessarium videtur, a dextra alteram tabulam contiguam fuisse. Unde hi arbitri externi, quos Aetoli statuis honoraverunt, fuerint, incertum, sed nomen Ὄψινος adhuc nusquam nisi Eretriae innotuisse videtur (vide indicem IG XII 9 p. 199) atque ante δικάξαντες 8—9 litterae fuerunt, itaque hoc ethnicum supplendum proposui. Ad accusativum δικάξαντες cf. ad nr. 95_4. Tempus tituli secundum formas litterarum c. a. 200 fuerit.

---

63 HIPPARCHI ALICVIVS STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 20 + 124). Fragmenta duo lapidis calcarii inter se contigua, quae angulum dextrum anticum tabulae ad basin pertinentis efficiunt. Frg. *a* undique mutilum praeter partem frontis et dextri lateris, a. 0,165, l. max. 0,30, cr. max. 0,63; inaedificatum fuerat ἐν τῇ ὑπὸ τὸν ἀνατολικὸν στυλοβάτην σειρᾷ τῶν λίθων, κατὰ τὸ μέσον περίπου τῆς πλευρᾶς. Frg. *b* angulus ipse, a. 0,165, l. max. 0,28, cr. max. 0,19; inventum Thermi a. 1911. Litt. alt. 0,008—0,023, interv. vers. 0,015; ΑΚΠ, formae pulchrae. Composui et exscripsi. *Ect.*

a
[τὸν ἵπ]παρχο[ν] *vac.*
. . . c. 10 . . . . μάχου Τ[ρι]χονέα *b*
[τὸ κοινὸν τῶ]ν Αἰτωλῶṇ ἀνέθηκε̣.
vac.

Suppl. Kla. — Secundum litteraturam saec. III.

64 BASIS. Thermi in museo (inv. nr. 55). Basis lapidis calcarii ex duobus fragmentis composita, supra et a tergo fracta, pars lateris superioris servata; a. 0,60, l. 0,61, cr. max. 0,31. Litt. alt. 0,015; ΑΚΠΣ. Exscripsi. *Ect.*

Ἡρακλείδης̣ ἐπόει.

Saeculum tertium.

---

65 EXEDRA(?). Thermi in museo (inv. nr. 60). Magnus lapis calcarius ad monumentum quoddam (exedram, ut videtur) pertinens, in latere superiore duo foramina; a. 0,64, l. 1,90, cr. max. 0,22. Litt. alt. *a* 0,03 *b* 0,045; *a* ΜΣ *b* ΑΠΣ. Exscripsi. *Ect.*

a | μ̣ωνος̣ *vac.*
intervallum 0,09
b | ων Νικοστράτου Ναυπακτίου *vac.*
vac.

De titulo *a* non constat; vix ad dedicationem pertinet, fortasse est una de subscriptionibus statuarum, quae complures fuisse videntur. Titulus *b* haud scio an supplendus sit γραμματεύοντοϲ τῶν Αἰτωλῶν τοῦ δεῖνοϲ *ethnicum*, τῶν δὲ ϲυνέδρ]ων N. N., cf. nr. 74. An exstabat nihil aliud nisi ϲτραταγέοντοϲ τῶν Αἰτωλ]ῶν N. N.? — De duobus scribis cf. ad nr. 69_3. Cum litteratura saec. III indicet, Νικόϲτρατοϲ Ναυπάκτιοϲ haud dubie idem est atque hipparchus Νικόϲτρατοϲ Νικοϲτράτου Ναυπάκτιοϲ, de quo cf. nr. 58. Atque si revera in titulo supra posito Nicostratus fuit γραμματεύων τῶν ϲυνέδρων, hic titulus paulo vetustior est quam nr. 58, id quod formae litterarum probare videntur.

66 STATVA SCAVRI. Thermi in museo (inv. nr. 69). Magna tabula lapidis calcarii leniter concava, ad exedram ut videtur pertinens; angulus superior sinister laesus, dexter fractus; in latere superiore duo foramina; a. 0,67, l. 0,98, cr. 0,22—0,24. Titulus evanidus proxime marginem superiorem inscriptus in lapide dextro amisso continuatus erat. Litt. alt. 0,03, interv. vers. 0,025; ΚΝΣ. Exscripsi. *Ect.*, in quo nihil dispicitur.

τ̣ὸ̣ κοινὸν τ̣[ῶν Αἰτωλῶν - *praenomen* - - *nomen* -]
vac. Σκαῦρον ΤΟ᾿ΛΠΟ - - - - - -
vac.

In v. 2 supplendo haereo, cum in nominibus Romanis patronymicum post cognomen positum non inveniatur neque in vestigiis ΛΠΟ nomen Romanum latere videatur. Quae quod Apollinem indicare verisimile est, nescio an legendum et supplendum sit τῷ̣ Ἀπό[λλωνι ἀνέθηκε]. Litterarum formae titulum saec. III a. Chr. vindicant. Contra Wilamowitz de L. Aemilio Scauro, qui bello Antiochio (a. 190) legatus praetoris L. Aemilii Regilli erat (Liv. XXXVII 31,6), cogitat, sumens litteraturam tituli fallere.

67 MVLIERIS STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 105). Lapis calcarius infra, a sinistra, a tergo fractus, a. max. 0,58, l. max. 0,95, cr. 0,28; in latere superiore a dextra foramen unci. Litt. alt. 0,025—0,03; ΑΚΝ. Exscripsi. *Ect.*

vac.
- - - - ε̣ώνα[ν] τὰν γυναῖκα.
vac.

An [Κλ]εώνα[ν]? — Secundum litteraturam saec. III a. Chr.

68 ALEXANDRI TRICHONENSIS STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 108). Duo fragmenta inter se contigua baseos lapidis calcarii infra mutilae, a. max. 0,41, l. 0,60, cr. 0,48. Litt. alt. 0,016—0,02, interv. vers. 0,015; ΑΞΣ. Edd. Soteriades Δελτ. I 1915, 50 nr. 22; Rhomaios ibid. 284. Exscripsi. *Ect.*

πόλιϲ [Κ]υ̣τινιέων
Ἀλέξ̣ανδρον
Ἀλέ̣ξωνοϲ
Τρι̣χονέα
ἀνέ̣θηκε.

Suppl. Sot. || 3 lectio certa; Ἀλε[ξομε]νοῦ Sot., Ἀλ. . ωνοϲ (Ἀλέξωνοϲ vel Ἀλκίωνοϲ) Rhom. (idem per errorem Δελτ. IX 1924/5 (1927) παράρτ. 7 exhibet Ἀγρινιέων et Ἀλεξίωνοϲ).

Cum litterarum formae titulum saec. III a. Chr. tribuant, Ἀλέξανδροϲ Ἀλέξωνοϲ Τριχονεύϲ non is intellegendus est, qui a. 143/2 βουλᾶϲ γραμματεύϲ (nr. 137_{28}) et non multo post a. 143/2 ἔνγυοϲ proxeniae (nr. 34_{22}) est, sed huius avus. Conicias igitur eum eundem esse atque Ἀλέξανδρον τὸν Τριχωνέα, ducem Aetolorum a. 218, cf. Polyb. V 13,3. — Dorienses inde ab annis 269/268 foederis Aetolici participes erant, cf. ad nr. 3 *A*.

69 DEDICATIO ARAE. Thermi in museo (inv. nr. 1+97). Duo fragmenta (*a b*) lapidis calcarii, quae composuit Weinreich in schedis. Frg. *a* (nr. 97) ex duabus partibus compositum, a parte sinistra et superiore dextra mutilum a. 0,68, l. 1,00, cr. 0,35; *b* (nr. 1) inventum ὑπεράνω τᾶϲ παρὰ τὸν ναὸν κρήνηϲ, a dextra fractum a. 0,69, l. 0,57, cr. 0,32; in latere superiore duo foramina. Litt. alt. 0,025—0,04, interv. vers. 0,01; ΑΕΚΠΣΦ. Tertium fragmentum *c* (IG IX 1[1], 416), a sinistra mutilum, inventum Thermi sed nunc deperditum (cf. Ἐφ. 1905, 81 nr. 5), cuius litterae admodum detritae, ad eundem lapidem pertinuisse agnovit Kla. Edd. *b* Soteriades Ἐφ. 1905, 80 nr. 4; *c* G. Cousin *BCH* X 1886, 186 nr. 3 (W. J. Woodhouse Aetolia 246 cf. 284; IG IX 1[1], 416); *a b* Pomtow Syll.[3] add. ad nr. 622 *A*. Exscripsi *a b*. *Ect.* (*a b*).

a *b* *c*
[τὸ] κ̣οινὸν τῶν Αἰτωλ̣[ῶν τὸν] β̣ω[μ]ὸν Ἀπόλλωνι Θε[ρ]μ̣ίοι, ϲτραταγέοντο[ϲ]
[Ἀγ]ελόχου τοῦ Τριχᾶ Στ[ρατί]ου, ἱππ̣α̣ρχέοντοϲ Φρίκου [τ]οῦ Πολυδαίτα
[Μο]λυκρέοϲ, γραμματεύ[οντ]οϲ τῶν Αἰτωλῶν Στομίο[υ το]ῦ Χαβ(ρ)ί(α) Μαχετ[ι]-
[έο]ϲ, τῶν δὲ ϲυνέδρων Ἀλ[ε]ξάνδρου τοῦ Πολεμαίου [Στ]ρατ(ί)ου.

Suppl. Weinreich in schedis || 1 fin. ΙΙΟΙ Cousin || 3 in. Hiller apud Weinr. || 3 fin. ΧΑΒΙΙ Cousin, corr. Dittenberger || 4 fin. ΡΑΤΡΟΥ idem, corr. Kla.

V. 1 Cf. aram a Chiis Apollini Delphico consecratam Syll.[3] 19. 2 Ἀγέλοχοϲ τοῦ Τριχᾶ Στράτιοϲ· Cum litteratura tituli saec. II a. Chr. sit, videlicet Τριχᾶϲ Στράτιοϲ, praetor med. saec. II (cf. ad nr. 100_1), aut pater aut filius Agelochi intellegi potest. Sed filium potius fuisse Agelochi ergo praeturam quam proxime ad a. 170, quia de praetoribus usque ad hunc annum excepto sane priore illo praetore a. 172/1 in munere mortuo constat (Gillischewski 59. 61), admovendam esse cum nomen scribae Stomii demonstrat (vide ad v. 3) tum potissimum inde colligitur, quod hic Machetienses (vide ad v. 3) etiamtum

Aetolorum sunt (cf. ad nr. 36_3. Molycrienses (v. 3) in censum non veniunt, quia ex nr. 35 apparet eos etiam post a. 167/6 in potestate Aetolorum fuisse). Sic praetura Agelochi aut a. 169/8 aut 168/7 (a. 167/6 praeturae Panaetoli obvenit, cf. *RE* IV 2679) vindicanda videtur, prout praeturam Polemarchi Sosthenensis statuimus (cf. ad nr. 71_9). — Φρῖκος τοῦ Πολυδαίτα· fortasse idem qui βούλαρχος post a. 206, nr. 136_9. 3 Μολυκρεύς· forma ethnici est apud Steph. Byz. Μολυκριεύς; de situ oppidi Molycrii cf. Woodhouse Aetolia 328. — Στόμιος τοῦ Χαβρία Μαχετιεύς· haud dubie idem Στ. Μ. hieromnemo Aetolorum ἄ. Φιλαιτώλου = a. 202/1 (*RE Suppl.* IV 1355), OGIS 234_4. Ethnicum recte iam Dittenberger civitatem obscuram et exiguam Aetoliae aut finitimarum regionum interpretatus erat (OGIS l. c. not. 3), nunc ex nr. 36_3 satis certe apparet hanc civitatem non in ipsa Aetolia sitam fuisse. — Duorum scribarum, qui hic distinguuntur, alter (τῶν συνέδρων; cf. etiam nr. 137_{28}. 188_{33}. 179_{33} (?)) ad synedrium vel senatum pertinet, prior autem ad concilium (κοινόν); nimirum iidem duo scribae exstant nr. $187_{3.\,4}$, ubi Weinreich recte proponit supplendum γραμματευόντων τοῖς [Αἰτωλοῖς - -], nr. 34 *d*, 74, 178_{2-4}, 48 (fortasse etiam nr. 65), qui tituli omnes saec. II a. Chr. sunt. Nec tamen recte videtur Weinreich cum Feldmanno (cf. Syll.² 425 not. 25) probante etiam Pomtowio (Syll.³ add. ad nr. 622 *A*) in titulo quoque nr. $188_{33.\,34}$ duos diversos quamvis cognomines scribas distinguere. Nam quod v. 34 scriba hipparchum antecedit, probabilius est non scribam publicum foederis exstare, cui hoc quidem tempore (a. 213/2) locus sollemnis est post hipparchum (cf. ad nr. 15), sed scribam senatus, qui iam v. 33 ad definiendum modo senatum commemoratus hoc loco una cum praesidibus senatus enumeratur; eundem quidem intellegendum esse sed scribam publicum falso sumunt Dittenberger Syll.² 425 not. 25; Swoboda *Staatsaltert.* 367 cum not. 12; Busolt-Swoboda *Gr. Staatsk.* II 1525 cum not. 2. 4 Ad formam Πολεμαῖος cf. Syll.³ 546 *B* not. 4.

70 LYCI CALYDONII STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 4). Magnus lapis calcarius triangularis, inventus una cum multis aliis (vide adnotationem) prope Ptolemaeorum monumentum (nr. 56), a. 0,51, longitudo laterum 1,16; angulus sinister deest. Litt. alt. 0,029—0,032, interv. vers. 0,015; Α Κ Μ Σ et Σ, formae elegantes. Edd. Soteriades Ἐφ. 1905, 82 nr. 7; Pomtow *Arch. Jahrb.* XXXVII 1922, 105 *B*; S. E. G. III 436. Exscripsi. *Ect.*

[πόλι]ς Πλευρωνίων Λύκον
[Διο]κλέος Καλυδώνιον
[χρε]ολυτήσαντα καὶ
[εὐε]ργέταν γενόμε-
[νον] αὐτᾶς ἀνέθηκε.

Suppl. Sot. (nonnulla corr. Kla. propter spatia) || 2 in. Pomtow. — Pertinebat lapis una cum 17 aliis eodem loco inventis et ipsis triangularibus diversae magnitudinis ad columnam ca. 11 m altam (de duabus improbabiliter cogitat Pomtow l. c. 106), simillimam ergo earum, quae Paeonii Victoriam a Messeniis Naupactiisque consecratam et Olympiae et Delphis sustinebant (cf. Pomtow l. c. 55 sqq.). Optime autem hoc titulo, quem litteratura exeunti saec. III assignat (περὶ τὰ 200 ἔτη Sot.), illustrantur verba Polybii XIII 1, ad quae Soteriades in supplendo v. 3 relegat; nempe de hoc ipso tempore (post pacem a. 206 inter Aetolos et Philippum factam, cf. ad nr. 30_9) scribit auctor: Αἰτωλοὶ διά τε τὴν συνέχειαν τῶν πολέμων καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν βίων ἔλαθον οὐ μόνον ἄλλους ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς κατάχρεοι γενηθέντες.

Magna cum probabilitate Pomtow l. c. 106 ad eundem Lycum Dioclis f. monumentum quoddam Delphicum (Delphica III 41; Syll.³ 514; *Arch. Jahrb.* l. c. 107) rettulit, sed quod hunc Lycum in aliis quoque titulis nominari conicit, prorsus est dubium. Certe avus est Λύκος Διοκλέους Καλυδώνιος, ἔγγυος proxeniae ca. 263, nr. 17_{78}.

71 NICOSTRATI CALYDONII STATVA. DVO PROXENIAE. Thermi in museo (inv. nr. 9). Basis lapidis calcarii, inventa ἐν τῷ περὶ τὴν Ἁγ. Τριάδα ὑπὲρ τὴν κρήνην χώρῳ, a. 0,74, l. 0,64, cr. 0,39; in sinistro angulo postico lateris superioris foramen exstat. Litt. alt. *a* 0,018—0,031 *b* 0,006—0,01 *c* 0,009—0,015, interv. vers. *a* 0,004 *b* 0,005 *c* c. 0,01; *a* Α Κ Π Σ *b* Α Κ Ξ Π Σ Ω *c* Α Θ Κ Ξ Π Σ, litterae tit. *c* admodum neglegenter incisae. Ed. Soteriades Δελτ. I 1915, 52 nr. 26 (cum imag. photogr.). Cf. Plassart *BCH* XXXIX 1915, 130. Exscripsi. *Ect.*

a πόλις Ὑαίων Νικόστρατον
Μικκέα Καλυδώνιον
ἀνέθηκε.

intervallum 0,065

b στραταγέοντος Ἀλεξάνδρου Καλυδωνίου τὸ
τρίτον προξεν[ί]αν Αἰτωλοὶ ἔδωκαν κατὰ τὸν
νόμον καὶ πολ[ι]τείαν Ἀπολλωνίοι, Μάτρωνι,
Μενάνδροι τοῖς Μενάνδρου υἱοῖς Θηβαίοις.
ἔγγυος τᾶς προξενίας Τίμαιος Ἀρσινοεύς.

intervallum 0,02

c [ϲτρ]α̣ταγέοντοϲ Πο̣λεμάρχου τοῦ Νικέα Ϲωϲθενέοϲ
[ἔ]δ̣οξε τοῖϲ Αἰτωλοῖϲ δεδόϲθαι προξενίαν Πολε-
μάρχοι καὶ Δικαιάρχοι τοῖϲ Ἁγία Ὑπαταίοιϲ καὶ τοῖϲ ἐγγό-
[νοιϲ] α̣ὐτῶν, καθὼϲ κα̣ὶ τοῖϲ προγόνοιϲ αὐτῶν ἦν δεδομέ-
[να], κ̣α̣ὶ̣ γᾶϲ καὶ οἰκίαϲ ἔν̣κτηϲιν καὶ τὰ λοιπὰ τίμια, ὅϲα καὶ τοῖϲ̣
[ἄ]λλοιϲ προξένοιϲ καὶ εὐεργέ *v v v* ταιϲ τοῦ κοινοῦ τῶν
[Αἰτ]ω̣λῶν ἐϲτι. ἔγγυοϲ̣ τᾶϲ *v v v v v v v* προξενίαϲ Πολέμ̣α̣[ρ]-
[χοϲ] Νικέα Ϲωϲθενεύϲ.

Suppl. Sot.; initia versuum tituli *c* hodie non iam omnia agnoscuntur; in mediis versibus 14 et 15 exstat quasi tumor lapidis ('*Hebebosse*') || 1 primum Ν ex Μ correctum || 16 Νικέα per errorem om. Sot.

V. 1 Ὑαίων· Steph. Byz. Ὑαία· πόλιϲ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. τὸ ἐθνικὸν Ὑαῖοϲ. Θουκυδίδηϲ τρίτῃ̣; cf. Syll.^{3} 598 not. 16. Locri Ozolae ante a. 290 subiecti (cf. *RE* XIII 1218) usque ad a. 167 Aetolorum erant (Swoboda *Staatsaltert.* 335); sed Hyaeos etiam post hoc tempus in potestate Aetolorum mansisse docet nr. 34 *d*, ubi cf. ad v. 18. Litteratura titulum *a* ca. a. 200 assignat. 2 Μικκέαϲ Καλυδώνιοϲ· unus ex posteris fortasse exstat nr. 137_{81}. 4 Alexandri I Niciae f. (cf. ad nr. 30_{10}) Calydonii tertia praetura = a. 185/4 (Gillischewski 40); eiusdem anni est nr. 32. 8 Τίμαιοϲ Ἀρϲινοεύϲ· Habebat domum Delphis, qua a. 190 privatus est, Syll.^{3} 610_{59}; idem fortasse supplendus nr. 32_7. Eius filius est Εὔδαμοϲ Τιμαίου Ἀρϲινοεύϲ, manumissor Delphis a. 173/2, *SGDI* 1853. 9 Ϲωϲθενίϲ erat oppidum Oetaeum inter Hypatam et Heracleam situm, quod nomen a Sosthene, Macedonum duce, traxerat, cf. Stählin *Hell. Thess.* 210. Itaque occurrit frater praetoris Polemarchi supra positi Φαινέαϲ Νικέα Ϲωϲθενεύϲ a. 178 hieromnemo Heracleotarum (Syll.^{3} 636). Cum autem Oetaei inde ab a. 167/6 non iam Aetolorum fuerint (Niese III 184; Busolt-Swoboda *Gr. Staatsk.* 1514 not. 4), consentaneum est praeturam Polemarchi ante hoc tempus esse statuendam. At eum post a. 185/4 in munere fuisse et e titulorum in lapide adornatione et e litteratura certissimum est (falso hoc negaverunt et Polemarchum a. 189/8 vindicaverunt Plassart l. c. 130/1 et Levi *Atti accad. Torin.* LVII 1922, 184). Itaque quoniam de praetoribus annorum 184—170 constat (cf. Gillischewski 61), Polemarchi praetura aut a. 169/8 aut 168/7 attribuenda est, prout Agelochi Stratii praeturam statuimus, cf. ad nr. 69_2 (ibidem tamen vide etiam de anno 172/1, de quo admonendum est). Ceterum Νικέαϲ Φαινέα ἐν Ϲωϲθενίδι (*BCH* XLV 1921, 20 III_{128} '*du premier quart du II^e siècle*') aut idem est, qui supra v. 9 commemoratur, aut filius hieromnemonis Heracleotarum. 10/11 Familia haud ignota. Exstant enim in decreto honorario Hyettiorum ineuntis vel medii saec. II (*Jahresh.* VIII 1905, 276) Πολέμαρχοϲ Δικαιάρχου καὶ Ἁγίαϲ Πολεμάρχου Ὑπαταῖοι, nimirum pater et filius. Suspiceris igitur Polemarchum et Dicaearchum in titulo supra posito commemoratos filios fuisse illius Hagiae, qui cum patre ab Hyettiis honoratus est. Memorabile sane est tunc temporis Hypatam non iam in dicione Aetolorum fuisse (cf. Busolt-Swoboda l. c. II 1515 not. 2), qua re confirmatur revera oppidum Ϲωϲθενίδα Oetaeorum, non Aenianum fuisse, de quo dubitatum est, cf. Swoboda *Staatsaltert.* 339 not. 1 et Stählin *RE* s. v. Ϲωϲθενίϲ (recte idem *Hell. Thess.* 210).

---

72 LYCOPI CALYDONII STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 6). Magna basis lapidis calcarii supra simplici margine ornata, infra fracta, a. max. 0,665, l. 0,70, cr. 0,32; inventa prope Ptolemaeorum monumentum (nr. 56). Litt. alt. 0,02—0,027, interv. vers. 0,004; Α Κ Ν Ϟ ẹt Σ. Edd. Woodhouse *Journ. Hell. stud.* XIII 1893, 352 nr. 29 et Aetolia 246 et 285 cum delineatione (IG IX 1^1, 415); Soteriades Ἐφ. 1905, 81 nr. 5 (Syll.^{3} 597 *B*. Cauer-Schwyzer nr. 367). Cf. Klaffenbach *Klio* XX 1925, 87. Exscripsi. *Ect.*

ἁ πόλιϲ τῶν Ὀπουντίων καὶ οἱ Λοκροὶ
οἱ μεθ' Ὀπουντίων τὸν ϲτραταγὸν
τῶν Αἰτωλῶ̣ν̣ Λύκωπον Πολεμάρ-
χου Καλυδώνιον ἀρετᾶϲ ἕνεκεν
κ̣α̣ὶ εὐνοίαϲ τᾶϲ εἰϲ αὐτοὺϲ τοῖϲ
[θ]ε̣οῖϲ ἀνέθηκαν.

Cum priores editores Lycopum Calydonium eundem putarent atque legatum a. 190 Romam missum (Polyb. XXI 25, 11) ideoque eius praeturam aut alicui ex postremis saec. III annis (Dittenberger, Pomtow; ille tamen adnotat: 'Litteratura sane tituli paullo recentiorem aetatem indicare videtur') aut annis 189/8 vel 187/6 (Woodhouse Aetolia 285 not. 5) vindicarent, titulum potius exeunti saec. II assignandum esse probare studui *Klio* l. c. Intellegendus igitur alius quidam Lycopus, quod nomen in Aetolia haud rarum esse Pomtow ipse monet (Syll.^{3} l. c.).

---

73 STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 24). Lapis calcarius a dextra et infra fractus, a parte superiore, ubi regula exstat, laesus a. 0,33, l. 0,335, cr. 0,08. Litt. alt. 0,016—0,018, interv. vers. c. 0,01; Α Σ. Exscripsi. *Ect.*

[τὸ κοινὸν | τ]ῶ̣ν Αἰτωλῶν
. . . . c. 8 . . . . | ν Μελάνιοϲ
[Πρόϲχειο] | ν. *vac.*

Suppl. Kla. coll. nr. 108_3. — Initium tituli in lapide a sinistra contiguo exaratum fuit. Formae litterarum sunt saeculi II. V. 2 Μέλανιϲ· manumissor Phistyi med. s. II, nr. 108_3; cf. etiam nr. 105_6.

74 EXEDRA (?). Thermi in museo (inv. nr. 28). Magna tabula lapidis calcarii leniter concava, quae inventa est supra fontem; angulus superior sinister et margo dexter laesi sunt, in latere superiore duo foramina; a. 0,79, l. 0,96, cr. 0,18. Litt. alt. 0,017—0,025, interv. vers. c. 0,005; ΑΣ. Exscripsi. *Ect.*

[- - γραμματεύοντος τῶν Αἰτωλῶν τοῦ δεῖνος τοῦ - -]ε̣μάχου Καλλιέος, τῶν δὲ σ̣[υνέδρων τοῦ δεῖνος]
vac. τοῦ Ἀρκίσ[ωνος *ethnicum*].

Suppl. Weinreich in schedis coll. nr. 69. — Pertinebat lapis ad permagnum quoddam monumentum (exedram, ut videtur) atque ita quidem, ut tabulam servatam a dextra parte una tabula sequeretur, in qua titulus finiebat, a sinistra parte complures praecederent; nam supra v. 1, qui in summa tabula exaratus est, nihil scriptum erat. Litteratura titulum saec. II vindicat. Itaque conicias in initio supplendum esse Ἀγελάου τοῦ Ἀγχ]εμάχου coll. tit. *SGDI* 1987, ubi recensetur Ἀγέλαος Ἀγχεμάχου Καλλιπολίτας, βεβαιωτήρ manumissionis Delphis a. 174. In fine autem videtur supplendum esse Καλυδωνίου aut Βουττίου, cf. praetorem Ἀρκίσωνα (II) Καλυδώνιον med. saec. II (*Ath. Mitt.* XXXII 1907, 45 nr. 34) et Ἀρκίσωνα Βούττιον, testem manumissionis med. saec. II (IG. IX 1[1], 380). De duobus scribis vide ad. nr. 69_3.

75 DEDICATIO STATVAE. Thermi in museo (inv. nr. 96). Magnus lapis calcarius baseos aut monumenti a laeva mutilus et in duas partes fractus (in latere superiore dextrae partis duo foramina '*Dübellöcher*'), inventus supra fontem; a. 0,59, l. 1,23, cr. 0,275 (a sinistra) et 0,31 (a dextra). Litt. alt. 0,03, interv. vers. c. 0,01; ΑΜΠΣ. Exscripsi. *Ect.*

vac.
Πο]λέμαρχον . . . c. 7 . . λιος Πολεμαρχο[.]
vac. . . . . c. 7 (?) ος τοῖς θεοῖς.
vac.

De ratione tituli non constat. A dextra alius lapis non videtur excepisse. Fortasse sic fere supplendum est: [τὸν πατέρα Πο]λέμαρχον [. c. 5 . . πό]λιος Πολέμαρχο[ς | - - *ethnicum* -]ος τοῖς θεοῖς. — Secundum litteraturam saec. II a. Chr.

76 ALEXANDRI TRICHONENSIS STATVA. Thermi in museo (inv. nr. 103). Basis lapidis calcarii inventa prope Ptolemaeorum monumentum (nr. 56), a. 0,68, l. 0,70, cr. 0,345; in latere superiore tria foramina (*Dübellöcher*). Litt. alt. 0,01—0,014; ΑΘΞ. Ed. Soteriades Δελτ. I 1915, 49 nr. 21 (cum imag. photogr.). Exscripsi. *Ect.*

vac.
Ἀλέξανδρον Θόα Τριχονῆ.
vac.

Cum formae litterarum saec. II a. Chr. prodant, recte Soteriades intellegit filium Thoantis Alexandri f. Trichonensis, praetoris τὸ α′ = a. 203/2 aut 202/1 (cf. ad nr. 31_{108}).

77 BASIS (?). Thermi in museo (inv. nr. 83). Fragmentum baseos (?) lapidis calcarii undique mutilum praeter superiorem partem, ubi pars marginis exstat, a. max. 0,135, l. max. 0,26, cr. max. 0,17. Titulus haud longe a margine incisus. Litt. alt. 0,022—0,03. Exscripsi. *Ect.*

vac.
στραταγ]έ̣οντ[ος (?) - -
vac.

3. STELAE SEPVLCRALES.

78 Thermi in museo (inv. nr. 123). Fragmentum stelae lapidis calcarii aëtomate ornatae, inventum Thermi a. 1911, supra et a sinistra pars marginis exstat; a. max. 0,45, l. max. 0,51, cr. 0,10. Litt. alt. 0,05; ΑΚ. Exscripsi. *Ect.*

vac.
ΛΥΚΑ - - -
vac.

Incertum utrum supplendum sit nomen muliebre Λύκα [τοῦ δεῖνος] an virile velut Λυκαγόρας, Λυκάδας, Λύκαιθος alia. — Saec. II/I a. Chr.

79 Thermi in museo (inv. nr. 90). Stela sepulcralis lapidis calcarii undique fracta praeter dextram partem (margo), a. max. 0,41, l. max. 0,22, cr. 0,065. Litt. alt. 0,05—0,06, interv. vers. 0,04; ΑΣ. Exscripsi. *Ect.*

- - - α
- - - δας
vac.

Saec. tertium a. Chr.

4. TERMINI.

80 Thermi in museo (inv. nr. 99). Lapis calcarius ab omni parte integer a. max. 0,56, l. 0,31, cr. 0,105. Litt. alt. 0,035, interv. vers. c. 0,005; Α Π Σ. Ed. Soteriades Δελτ. I 1915, 56 nr. 34 B (cum imag. photogr.). Cf. I. de Keitz De Aetolorum et Acarnanum sacris, diss. Hal. 1911, 43. 44. 45; Rhomaios Δελτ. l. c 283. Exscripsi. *Ect.*

Ἁλίου, Νίκ-
ας, Ἀσκλα-
πιοῦ. *vac.*
vac.

Saec. III/II a. Chr. — De Sole cum Aesculapio coniuncto cf. Rhom. l. c. et R. Herzog *Heilige Gesetze v. Kos* 48 (*Abh. Ak. Berlin* 1928).

81 Thermi in museo (inv. nr. 2). Lapis calcarius, qui inaedificatus fuerat in muro παρὰ τὸ μετὰ τῶν πωρίνων· κιόνων τοῦ προπυλαίου κτίριον ἀνατολ. τοῦ ναοῦ, ab omni parte integer a. 0,285, l. 0,385, cr. 0,09. Litt. alt. 0,02—0,03, interv. vers. 0,019; Α Ρ Σ Υ. Ed. Soteriades Πρακτ. 1899, 59; Δελτ I 1915, 56 nr. 34 A (cum imag. photogr.). Cf. I. de Keitz De Aetolorum - - sacris 27; Rhomaios Δελτ. l. c. 282. Exscripsi. *Ect.*

Ἀπόλλωνος
Λυσείου.

De cognomine ceteroqui Bacchi proprio (Λυαῖος, Λυσεύς, Λύσιος) cf. Rhom. l. c. Idem opinatur Δελτ. II 1916, 180 illud aedificium, prope quod titulus inventus est, templum Ἀπόλλωνος Λυσείου fuisse; Dianam praefert ibid. X 1926, 32. — Saec. III/II a. Chr.

5. VARIA.

82 MANVMISSIO. Tabula magna supra et a dextra fracta, Thermi inventa sed a Soteriade, cum fanum effoderet, non reperta (cf. Ἐφ. 1905, 81 nr. 5). Tres tituli (*a b c*) inscripti erant. Ed. Lolling *Ath. Mitt.* IV 1879, 221 nr. IV, cf. ibid. VIII 1883, 341 not. 1 (*c* Woodhouse Aetolia 245 cf. 284; IG IX 1[1], 412; Michel 1421; *Inscr. jur.* II 1904, 297 nr. 32; Syll.[3] 1212). Cf. Drachmann De manumiss. serv. apud Graecos, *Nord. Tidskr.* VIII 1887, 16; Clerc *Rev. des Univ. du Midi* IV 1898, 23; Calderini *La manomissione* 343; Rhomaios Δελτ. IX 1924/5 (1927) παράρτ. 5.

a *in summa tabula magnis litteris exstat* Ι ι Ο Υ Α Ι
b *infra titulus fere evanidus septem versuum; exeunte versu primo agnoscebatur* Μ Α Ρ Κ Ο Υ Ν Ι Γ Ε Ρ Ι ///
c *infra:*
Πολύφ(ρ)ων Λύκου Α[ἰνή]σαν τὴν ἰδίαν θρεπτ[ὴν]
[ἀπηλ]ευθέ[ρ]ωσεν ὑπ[ὸ] Δία Γᾶν Ἅλιον μηδε[νὶ]
[μη]δὲν προσήκουσαν κατὰ τοὺς Αἰτωλῶ[ν]
νόμους ἰσοτελῆ καὶ ἔντειμον.

Suppl. Lolling || *a* κοι]νοῦ Αἰ[τωλῶν idem; contra Rhom. l. c. ad exemplum tit. nr. 92 praefert Ἀπόλλωνος Θερμ]ίου. Ἀ[πόλλωνος Θερμίου] itemque nomen tit. *b* Μάρκου Νιγερί[ου] (nomen adhuc inauditum) ad duumviros in praescripto nominatos refert. || *c* 1 Π Ο Λ Υ Φ Ι Ω Ν Loll., corr. idem.

c vs. 1 Αἰνήσα· cf. *SGDI* 1784 et *FdD* III 1, 311. Lolling. Adde *SGDI* 1838. 2/3 De hac formula cf Syll.[3] l. c. not. 2 et ad nr. 92 c_7. 4 ἰσοτελῆ καὶ ἔντειμον· Quaenam iura libertinae his vocabulis significentur, adhuc non satis exploratum videtur, cf. libros supra citatos. — De tempore tituli non constat.

83 PONDVS. Athenis in museo nomismatico. Lamina aënea Thermi inventa a. 0,068, l. 0,073, cr. 0,01; pondo pendet 500 gr. Litt. alt. 0,006—0,01 (vs. 2 = 0,02); Α Γ Σ, formae incisae; Μ vs. 2 expressum. Ed. Soteriades Ἐφ. 1905, 81 (I. de Keitz De Aetolorum - - sacris 28). Exscripsi.

Ἀπόλλωνος
Μ
Θερμίου.

Μ vs. 2 Sot. haud dubie recte interpretatur Μ Ν Α. Litteratura saec. III ad finem vergens indicare videtur.

84 PITHVS. Ἐπὶ τῶν χειλέων τεθραυσμένου στομίου πίθου Thermi inventi. Litterae Sicyoniae. Ed. G. Soteriades Πρακτικά 1899, 61 et Ἐφ. 1903, 94.

- - ꟼ Α Μ Ξ Ο Δ Ξ - -

Titulus obscurus (saec. VI).

85 NOTAE IN TEGVLIS FICTILIBVS, LATERIBVS, SIM. EXSTANTES, Thermi in museo asservatae. Exscripsi.

1. (inv. nr. 118). Littera impressa, a. 0,11. *Ect.* Ά
2. Littera impressa, a. 0,08. Μ
3. (inv. nr. 121). Littera impressa, a. (servata) 0,068. Φ Eadem littera (servata 0,057) exstat in altero fragmento (sine inv. nr.).
4. (inv. nr. 119). Littera forma expressa, a. 0,04. Δ Idem signum in duobus aliis fragmentis (sine inv. nr.) invenitur.
5. (inv. nr. 114). Litterae forma expressae, a. 0,011; Α Σ. *Ect.*
   Ἀγησίπ[που?].

6. Duo fragmenta, quae composuit Kla. (a = inv. nr. 115). Litterae (sinistrorsum) forma expressae, a. 0,012—0,018; A. *Ect.* (a).

b | a
Λο|χάγου.

7. (inv. nr. 116). Litterae (sinistrorsum) forma expressae, a. 0,017—0,025.

ΤΝ/
ΥΟΧΟ 'Αντόχου.

Idem nomen fortasse supplendum in fragmento - - χου (litt. forma expressae, a. 0,01—0,013).

8. (inv. nr. 121 A). 'ἐπὶ μεγάλου στρωτῆρος κεράμου τῆς στοᾶς Ν τοῦ ναοῦ'. Litterae forma expressae, a. 0,005—0,012; ΚΠ. *Ect.*

Λυκώπου.

'ἡ αὐτὴ σφραγὶς καὶ ἐπὶ καλυπτήρων καὶ τῆς ὄπισθεν πλευρᾶς μετώπου ἀκροκεράμου' et in latere ([Λυ]κώπου). In alio fragmento ([Λυκώ]που) litt. alt. 0,007—0,013.

9. (inv. nr. 120). Litterae forma expressae, a. 0,01—0,017; ΑΣ. *Ect.*

ΣΠΑΚΙ

Plane idem signum recurrit in altero fragmento (sine inv. nr.).

10. Litterae forma expressae, a. 0,01—0,013; ΕΠ.

ΠΑΡΕΡΓΑ

11. Litterae forma expressae, a. 0,01—0,013.
- - χοι aut - - χου.

12. Litterae forma expressae, a. 0,012—0,018.

- - ολ.

13. Littera forma expressa, a. 0,025; Σ.

- - ς.

14. Litterae impressae, a. 0,04—0,046.

ΕΓ// - -

15. Litterae impressae.

- - ΜΙ - -

---

86 TITVLI PICTI, Thermi inventi, litteratura Corinthia scripti, saec. VI.

1. Metopa fictilis templi Apollinis infra fracta, quae παριστάνει δύο γυναῖκας ἀντιμετώπους, ὀρθάς, προσκλινούσας πρὸς τὰ ἔμπροσθεν, ὡσεὶ ἐκράτουν διὰ τῶν προτεινομένων χειρῶν ἀπὸ κοινοῦ ἀντικείμενόν τι. Titulus scriptus est ad caput feminae dextrae. Ed. G. Soteriades 'Εφ. 1903, 73 cum imag. πίν. 5 (Roehl Imag.[3] p. 56; *Ant. Denkm.* II tab. 50, 1; Cauer-Schwyzer nr. 380, 1).

[inscriptio] Χελιδϝὸν.

'Ελάχιστά τινα ἴχνη δεικνύουσιν, ὅτι μετὰ τὸ ὄνομα Χελιδὼν ἠκολούθει καὶ ἄλλη λέξις, καὶ παρὰ τὰ νῶτα δὲ τῆς ἀπέναντι γυναικὸς ὑπάρχουσιν ἴχνη, γραμμάτων πιθανῶς (Sot. l. c. 91).

2. Fragmentum metopae fictilis ex duabus partibus compositum, inventum in ruderibus aedificii orientem versus a templo Apollinis siti (cf. ad nr. 81). Repraesentantur duae feminae sibi adversae stantes; titulus inter capita feminarum scriptus est. Ed. G. Soteriades Πρακτικά 1899, 59 et 'Εφ. 1903, 95 (Roehl Imag.[3] p. 56; *Ant. Denkm.* II tab. 52 *A*, 2; Cauer-Schwyzer nr. 380, 2).

[inscriptio] Χάριτες.

Quarta littera (ϟ Sot.) nunc evanuisse videtur. — Tertiae feminae non suppetere spatium monet Sot. (*Ant. Denkm.*).

3. Fragmentum metopae fictilis, in quo exstat pars capitis et alae, inventum ibidem atque nr. 2. Ed. G. Soteriades Πρακτικά 1899, 59 et 'Εφ. 1903, 95 (Roehl Imag.[3] p. 56; *Ant. Denkm.* II tab. 52 *A*, 3; Cauer-Schwyzer nr. 380, 3). Cf. F. Bechtel *Herm.* XLV 1910, 617.

[inscriptio] Ϝῖρις.

Εἶρις Sot., corr. Bechtel.

4. Fragmentum metopae fictilis, inventum ibidem atque nr. 2, nunc Thermi in museo. Ed. K. A. Rhomaios Δελτ. II 1916, 187. Delineavi.

φόλος. [inscriptio]

Legit Rhom., qui probabiliter hoc fragmentum ad aliud, in quo centaurus agnoscitur, rettulit.

5. Fragmentum metopae fictilis templi Apollinis, in quo repraesentatur femina sedens. Ed. K. A. Rhomaios Δελτ. II 1916, 188.

ΝΒΘ [Εἰ]λέθ[υια] (?).

Suppl. dubitanter Rhom. Ad formam nominis cf. *RE* V 2102.

6. INCERTA.

87 Thermi in museo (inv. nr. 100). Tabula lapidis calcarii a dextra et inferiore parte fracta, a. max. 0,68, l. max. 0,45, cr. 0,14; a sinistra alter lapis deperditus continuabatur. Litt. alt. *a* 0,025—0,033 *b* c. 0,02, interv. vers. *b* c. 0,01; titulus *b* tam evanidus (consulto deletus?), ut formae litterarum certa ratione definiri non possint (fortasse Α Σ). Exscripsi. *Ect.*

vac.
ἐπὶ CΤ[Ρ]Α[ΤΑΓΟΥ - - *b*
Α[Ι]ΤΩΛ - - - -
ΑΠΟ - - - -
vac. - - - - - -
a ΟΥ *(spatium 0,15)* . . ΑΛΧΑ - - -
vac. [.]Μ . . Α - - - -
ΚΑΙΟΥΑΟ - -
- - - - - -
. . . ΕΥ - - - -
ΔΑΜΟ - - - -
Δ ΕΧΑ - - - -
vac.

Vs. 5 fortasse Κ]ΑΛΧΑ[ΔΟΝΙ - -.

88 Thermi in museo (inv. nr. 84), ubi a. 1926 frustra quaesivi. Fragmentum undique mutilum a. max. 0,15 (inv.). Exscripsit Rhomaios in inventario.

- - -
ΑΚC
C ΝΤΑ
Ͻ ΗΟΔΙΑ
ΓΠΙ Є
ΟΜΟ

89 Thermi in museo (inv. nr. 25). Fragmentum lapidis calcarii undique truncatum, ἑλήφθη ἐκ τῆς δυτικῆς τοῦ βάθρου τῶν βασιλέων (nr. 56) οἰκίας, a. max. 0,60, cr. 0,23. Litt. alt. 0,02: Σ. Exscripsi. *Ect.*

vac.
- - C ΘΕΟΚ - -
vac.

90 Thermi in museo (inv. nr. 92). Fragmentum lapidis calcarii, quod supra tantum partem marginis exhibet, a. max. 0,41, l. max. 0,39, cr. max. 0,14. Litt. alt. 0,025—0,035; ΛΝ. Exscripsi. *Ect.*

vac.
- - ΟΝ Λ - -
vac.

Litteratura alteram saec. III partem indicare videtur.

91 Fragmenta tabularum aënearum in ruderibus templi Apollinis inventa, Thermi in museo asservata.

1. Infra et a sinistra margo servatus, a. max. 0,074, l. max. 0,103. In parte inferiore duo foramina ad affigendam tabulam destinata exstant. Litt. alt. c. 0,008; formae incisae. Delineavi.

Agnoscitur v. 3 Ὀλύνπ[ι]χος, v. 4 - μ(ι)ον Θρέμιον i. e. Θέρμιον, de qua metathesi cf. G. Meyer *Gr. Grammatik.*[3] §173/4. Litteratura titulum ineunti saec. V vindicare videtur.

2. (inv. nr. 18). Undique mutilum, a. max. 0,095, l. max. 0,073. Litt. alt. 0,01; Ξ Γ Σ, formae punctis impressae. Exscripsi.

- - ΕΝ - -
- - ΑΝΙΑ - -
- - πρ]οξενοι - -
- - μ]αχος Αγ - -
- - Ὀλύ]μπιχος C - -
- - - ΠΠ - -

Suppl. Kla. — De argumento tituli parum constat.

3. Undique mutilum, a. max. 0,09, l. max. 0,045. Litt. alt. 0,007; Α, formae incisae. Exscripsi.

ΤΟΛΟ
ΗΝΑΙΩ
ΑΙΤ
Δ

v. 2 Ἀθ]ηναίω[ι?

4. Supra et a sinistra margo exstare videtur, a. max. 0,033, l. max. 0.045. Litt. alt. 0,005; Σ. formae punctis impressae. Exscripsi.

vac.
ΝΙΕΑΣ
ΒΟΙΛ
Ε

Lectio incerta. V. 2 An Εὐ]βοία[ς?

5. A partibus sinistra et inferiore margo servatus, a. max. 0,04, l. max. 0,038. Litt. alt. 0,007; V, formae incisae. Exscripsi.

Δ
ΛΙΟΙΙ
ΥVΙ

Lectio incerta propter multam aeruginem. Haud scio an fragmentum ad eandem tabulam pertineat atque nr. 91,3.

6. Undique mutilum, a. max. 0,028, l. max. 0,028. Litt. alt. 0,005; formae incisae. Exscripsi.

Ι Ι
ΑΙΓΟ

7. Undique mutilum, a. max. 0,02, l. max. 0,022. Litt. alt. 0,01; formae punctis expressae. Exscripsi.

Ε
ΝΕ

Particula ad eandem tabulam pertinere videtur atque nr. 45.

8. Fragmentum crassae tabulae, ab inferiore parte margo servatus, a. max. 0,055, l. max. 0,115, cr. 0,005 (in margine 0,014). Litterae (incisae) omnes mutilae; ΑΣ. Exscripsi

- - ΛΙΑΣ *vac.*
vac.

B. VICINIA THERMI.

92 DVO MANVMISSIONES. Tabula inaedificata in exteriore muro meridionali ecclesiae S. Nicolai in vico Μόκιστ*ᴀ* sitae, a. 0,70, l. 1,41. Litterae tituli *a* a. 0,03, ΑΣ; titulorum *b c* multo minores, ϵϲω. Edd. *a* Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864), 368 nr. 8 (R. Weil *Z. Numism.* VII 1880, 125; Cauer[2] 246, 2; *SGDI* 1428 *h*); G. Cousin *BCH* X 1886, 188 nr. 5; W. J. Woodhouse *Journ. Hell. stud.* XIII 1893, 353 nr. 30 et Aetolia 207 cum delineatione ad p. 213 (IG IX 1[1], 413/4; Michel 768); *a b c* K. A. Rhomaios Δελτ. IX 1924/5 (1927) παράρτ. 4 cum delineatione. Cf. I. de Keitz De Aetolorum - - sacris 36. Vidi sed exscripsi nihil nisi *a* et partem tit. *c* difficillimi lectu.

a Ἀ ρ τ έ μ ι τ ο ϲ Ἀ γ ε μ ό ν α̣ ϲ. Ἀ ρ τ έ μ ι τ ο ϲ Ἀ [γ ε μ ό ν α ϲ].


b	*c*
ἐπὶ δυ' ἀνδρῶν - - - - - - - -	ἐπὶ δυ' ἀνδρῶν CN Π[οπ]-
- - - - - - - - - - - - - - -	[λ]είου Ἀντωνίου, Πο[πλεί]-
- - - - - - - - - - - - - - -	ου Αἰλίου ὅ τε Ἀριστόδ[α]-
- - - - - - - - - - - - - - -	μοϲ καὶ Νικίαϲ οἱ Βίωνο[ϲ]
- - - - - - - - - - - - - - -	ἐλευθ(έ)ραν ἐποίουν γυναῖκα̣
- - - - - - - - - - - - - - -	Cωτηρίχαν τὴν εἰδίαν δο[ύ]-
- - - - - - - - - - - - - - -	λην ὑπὸ Δία Ἥλιον μηδενὶ μ[η]-
[- - - ὑπὸ] Δία Ἥλιον μηδενὶ προ[ϲ]-	δὲν προϲήκουϲα(ν) κατὰ μηδένα
[ήκ - -]κατὰ μηδένα τρόπον.	[τρό]πον.

Suppl. Rhom. || *a* Ἀγεμόνοϲ priores || *c* 5 ΕΛΕΥΘΡΑΝ et 8 ΠΡΟϹΗΚΟΥϹΑ Rhom.

c vs. 1 De eponymia duumvirorum cf. Liebenam *RE* V 1816. Quos iure refert Rhom. ad coloniam ab Augusto Nicopolim deductam, cf. Paus. X 38, 4 βαϲιλεὺϲ ὁ Ῥωμαίων ἀναϲτάτουϲ ἐϲ τὸν Νικοπόλεωϲ ϲυνοικιϲμὸν ἐποίηϲεν Αἰτωλούϲ et ibid. VII 18, 8. Quid vero litterae CN sibi velint, quaeritur. Rhom. putat siglum esse, quod vel ἐ(ν) ν(όμοιϲ) = i. d. (iure dicundo) vel ἐ(ν) Ν(ικοπόλει) expediendum proponit; equidem praetulerim ἐν intellegere omisso per errorem nomine coloniae. Utique hoc addendum erat in titulo extra coloniam ipsam inscripto. An latinum siglum c(oloniae) n(ostrae) intellegendum (velut Dessau 5518)? Probat Wilamowitz, sed praefert c(oloniae) N(icopolis). 7 ὑπὸ Δία Ἥλιον· cf. ad nr. 82 c_2. Verba μηδενὶ μηδὲν προϲήκουϲαν κατὰ μηδένα τρόπον redeunt Mantineae IG V 2, 275. 277, cf. etiam 274 et supra nr. 82 *c*. Rhom. — Formae litterarum manumissionum Rhomaio alterum p. Chr. n. saeculum indicare videntur.

---

93 DEDICATIO. Duo fragmenta inter se contigua mensae sacrae ex argilla factae, l. 0,17, cr. 0,07; inventa in ruderibus fani antiqui ad vicum Βάλτϲα sitis (prope vicum Χρυϲοβίτϲα, cf. Woodhouse Aetolia 247). Litterae βουϲτροφηδόν incisae (Ε Sicyonium). Ed. K. A. Rhomaios Δελτ. VI 1920/1 (1923), 65 addita imagine photographica (S. E. G. III 438). Delineavi ex imag. phot.



Rhom. legit: Δορὸ Ϙυλίαι ἀρὰ|ν ἆξε, quod interpretatur 'ἁ Δορὼ (ἁ Δωρὼ) ἔφερεν ὡϲ εὐχὴν εἰϲ τὴν Ϙυλίαν (τοῦτο τὸ δῶρον)' sumens Κυλία nomen deae huius fani fuisse. Sed et lectio et interpretatio mihi quidem satis dubiae videntur; ipse desperavi. Ceterum ad nomen Δωρώ cf. Bechtel *H. P.* 147.

---

94 TEGVLA. Thermi in museo (sine inv. num.). 'Θραῦϲμα ϲτρωτῆροϲ' inventum in antiquo templo prope vicum Ταξιάρχηϲ (Woodhouse Aetolia 203) sito. Litterae forma expressae, a. 0,007—0,015; ΑΜ. Ed. K. A. Rhomaios Δελτ. X 1926 (1929), 22 cum imag. photogr.

Λαμίο[υ].

Suppl. Kla.; δαμιο[ργῶν Rhom. 'ὡϲ ἰϲοδύναμον πρὸϲ τὴν ϲυνήθη ἐπιγραφὴν: δαμόϲιοϲ (μὲ τὴν ὑπόθεϲιν, ὅτι ἡ βάϲιϲ τοῦ Δ ἔχει φθαρῆ)', sed Λ certum est. Cf. similes inscriptiones nr. 85, 5. 6. 7. 8.

II. PHISTYVM ET VICINIA.

MANVMISSIONES.

95 Lapis calcarius inaedificatus inversa positura in exteriore muro occidentali ecclesiae Ἁγ. Τριάδοϲ in vico Κρύο Νερό, a. 0,20, l. 0,64. Litt. alt. 0,007—0,014, interv. vers. 1—6 c. 0,01, inter reliquos fere nullum; Α Κ Σ. Titulus difficilis lectu. Exscripsi. *Ect.*

ἀγαθᾶι τύχαι. ϲ̣τ̣ρ̣αταγέοντοϲ Ἀλεξάνδρου Καλυδ̣ωνί[ου] μ̣ηνὸϲ̣ [Πανά]-
μου ἀπέδ̣οντο Νικιάδ̣[αϲ], Εὐξίθε̣οϲ Ἀ̣τταλεῖϲ Ἀφροδίται Συρίαι Φ̣ιϲτυΐδ[ι ϲῶ]-
μ̣α̣ γ̣υναικῆον οἰ̣κογενὲϲ ἐπ' ἐλευθερίαι, ἆι ὄνομ̣α̣ Βακι[άϲ, τιμ]-
ᾶ̣ϲ ἀργυρίου Μ Μ Μ. βεβαιωτῆρεϲ κ̣ατέϲτα̣ϲ̣αν κατὰ τὸν̣ ν̣[όμον]
Ξ̣ανθ̣ίαν, Κ̣λεόνικο̣ν̣ [Ἀ]τ̣τ̣α̣λεῖϲ. εἴ [κ]α̣ Νικιάδα̣ϲ̣ [ἀπ]ορήϲει̣ τῶν̣ – – –,
[Β]α̣κιάδα παραμένει̣[ν] παρ̣ὰ Νικιάδαν̣ ὑπηρε̣τ̣[έου]ϲα̣ν̣ ὡ̣ϲ κ̣[α]ὶ πρὸ το̣[ῦ. εἰ δὲ μή],
[κύρ]ιοϲ ἔϲτω Νικιάδαϲ̣ ἐπιτιμ̣έων, ὥ[ϲ κ]α θέλει. ἁ ὠν̣ὰ παρ̣ὰ [.]λ[.]ν – –,
[Νεο]πτόλεμον Ἀτταλ̣ε̣ῖϲ̣. ἀρχόντων . . Ι Ι Λ Ο . . ου, [. . . 5 . . Φ]ι̣ϲτύω̣ν, ἱ̣[αροφυλ]-
ά̣κων δὲ Φ̣αλάκ̣ρου, Ἁγηϲ̣άνδρου [Φ]ιϲτ̣ύ[ων], θ̣ευκολ̣ε̣[ού]ϲα̣ϲ̣ δ̣ὲ [Κα]λλιμάχ̣[αϲ Φιϲτυ]-
[ίδοϲ]. μ̣άρ̣τυροι Ἀπολλ̣ο . . . c. 10 . . . . Κ . . . . c. 9 . . . Ο – – – – – – – – – –
. . c. 5 . . ϲ Χ̣αρίξεν̣οϲ, Σάτυ̣ρ̣οϲ, Ν[– – – – – c. 28 – – – – Ἀτ]ταλεῖϲ̣.

Suppl. Kla. || 5 fin. ἀναγκαίων, δεόντων vel tale quid. V. 1 Ἀλέξανδροϲ Καλυδώνιοϲ· Intellegendus est, ut litteratura et nomina hiarophylacum (vide ad v. 9) docent, Alexander I Niciae f. (cf. ad nr. 30_{10}), ter praetor Aetolorum (Gillischewski 40; *RE* I 1442 nr. 32); eius prima praetura, quae hic (et nr. 192) exstat, respondet anno archontis Delphici Megartae, qui ultimis annis saec. III in munere fuit, cf. Syll.[3] 563 not. init.; 564 not. 1. Cum vero a. 205/4 tertiae praeturae Scopae II obveniat (cf. ad nr. 31_{106}), annos autem 203/2—200/199 archontibus Archelao, Philaetolo, Euangelo, Mantia occupatos esse probabile sit (cf. Pomtow *Klio* XVII 196; Roussel *BCH* L 1926, 129), archonti Megartae i. e. primae Alexandri praeturae a. 204/3 tribuendus est. 2 Ἀτταλεῖϲ· idem ethnicum adhuc ignotum exstat nr. 107_6; nimirum hoc oppidum Ἀττάλεια denominatum est a rege Attalo I de Aetolis bene merito, cf. Polyb. IV 65,6 de castello Ἔλαοϲ (*RE* V 2231) Attali sumptibus munito. — Ἀφροδίτα Συρία Φιϲτυΐϲ· haec dea audit, ut in titulo supra posito, etiam nr. 99. 100. 101. 102. 103. 106; ἁ Συρία Ἀφροδίτα ἐμ Φιϲτύοι nr. 108; ἁ Ἀφροδίτα ἁ Συρία ἁ ἐν Ἱερίδαιϲ nr. 96*a*. 109; Ἀφροδείτα ἁ ἐξ Ἱαριδᾶν Φιϲτυΐϲ nr. 97. Nomine Ἱερίδαι primo accolas fani tum etiam totum locum ipsum, ubi fanum erat, notatum esse probabiliter iudicat Wilamowitz. Qui locus prope hodiernum vicum Κρύο Νερό situs cum Phistyi oppidi esset, quod haud procul aberat (prope vicum *Soponikos*, cf. Woodhouse Aetolia 202), facile intellegitur deam et τὰν ἐν Ἱερίδαιϲ (ἐξ Ἱαριδᾶν) et Φιϲτυΐδα appellari potuisse. De dea ipsa cf. J. de Keitz De Aet. et Acarn. sacris 39; de aliis deis ϲυννάοιϲ, e quibus Παρθένοϲ quaedam antiquissima fani domina fuisse videtur, cf. ad nr. 96_{18}. 3 Βακιάϲ = Βαχιάϲ (velut Αἰϲκρίων = Αἰϲχρίων alia) = Βακχιάϲ, cf. Rüsch *Gramm. delph. Inschr.* I 239. 4 βεβαιωτῆρεϲ· cf. G. Meyer *Gr. Gramm.*[3] 463; Bechtel *Gr. Dial.* I 109 § 177. Idem habes nr. 62. 96*a*. 97. 98. 99. 100. 105. 106. 109. IG IX 1[1], 384. *Ath. Mitt.* XXXII 1907, 19 nr. 13. 8 ἱαροφύλακεϲ· eidem magistratus recurrunt nr. 98. 100. 106. 111. 9 Φάλακροϲ et Ἁγήϲανδροϲ μάρτυρεϲ manumissionis a. 190/89, nr. 97_{12}; prior etiam manumissor nr. 98_2 (in. saec. II). — θευκολέουϲα· eadem commemoratur nr. 98. 103. 155.

96 Thermi in museo (inv. nr. 40 et 41). Duo saxa muralia, quae olim alterum supra alterum posita erant, inventa in vico Κρύο Νερό ibidem atque nr. 97; superius (nr. 40) triangularis formae a. 0,145 (a sinistro latere) 0,155 (a dextro latere), l. 0,59, cr. max. 0,37, exhibet vs. 1—8; inferius (nr. 41) a. 0,25, l. 0,485, cr. max. 0,27, continet vs. 9—24. Litt. alt. *a* 0,005—0,013 *b* 0,004—0,01, interv. vers. *a* 0,004 *b* non sibi constans; *a* Α et Α et Α Κ Ξ Π Σ Υ et Υ Φ Ω et Ω, formae in vs. 1 neglegenter, in reliquis versibus diligenter incisae, *b* Α et Α Σ, formae malae et inde ab vs. 21 neglegentissime inscriptae. Titulus *b* difficillimus lectu. Exscripsi. *Ect.*

a ϲτραταγέοντοϲ Στράτωνοϲ Ἀρϲ̣ινοέοϲ μηνὸϲ Δίου
ἀπέδοντο Φιλόξενοϲ, Σκορπίων Ἀρϲινοεῖϲ, ϲυνευδοκεο-
ύϲ(α)ϲ τᾶϲ ματέροϲ Κλεαρχίοϲ, Ι Ε Μ Ν Α Υ Τ Ο Σ Ἰδαῖοϲ τᾶι Ἀφροδίται τ(ᾶ)ι
Συριαι τᾶι ἐν Ἱερίδαιϲ ϲῶμα γυναικεῖον, ἆι ὄνομα Σωτία, τιμᾶϲ ἀρ-

γυρίου ΜΜ, ἐφ᾽ οἷ ἐλευθέραν εἶμεν καὶ ἀνέφαπτον ἀπὸ παντὸς ἀνθ-
ρώπου καὶ ἀφορολόγητον. εἰ δέ τί κα πάθη Σωτία κ(α)ὶ καταλίπη ἐξ αὐτ-
οσαυτᾶς γενεάν, τὰ καταλειφθέντα ὑπάρχοντα ὑπὸ Σωτίας τᾶς
γε- *vacat*

νεᾶς ἔστ *vvvvvvv* ω. εἰ δὲ μὴ εἴη γενε(ὰ) ἐκ Σωτίας, Φι-
λοξένου κ(α)ὶ Σ *vv* κο *vv* ρπίωνος ἔστω καὶ τῶν τούτων ἐπινό-
μων. βεβαιωτῆρ *vv* ες κατέστασαν κατὰ τὸν νόμον Δω-
ρίμαχος Θεοκρίτου, Ξ *v* ενόδοκος Διακρίτου Θεσστιεῖς. μ(ά)ρτυροι Ἀμ-
φίας, Νικόμαχος, Ἀλκίμαχος, Νικοφῶν, Φαλακρίων, Λάμιο-
ς, Σώσιππος, Ἀνδρόνικος, Πολεμοκράτης, Ἄνδρων, Λευ-
κίδας Θεσστιεῖς, Ἀγίας Νεοπολίτας. ἁ ὠνὰ παρὰ Ἀ-
μφίαν, Λευκίδαν Θεσστιεῖς, Ἀγίαν Νεοπολίταν.

intervallum 0,02

b Ἀγωνοθετέοντος Δωριμάχου τοῦ Στράτωνος Ἀρσινοέος μηνὸς Ἑρμαίου ἀπέδο-
το Λάμαχος [Δ]ορ[κ]ίνα Φιλωταιεὺς τᾶι Ματέρι τῶν θεῶν καὶ τᾶι Παρθένοι το(ῖ)ς(?) ἐν Ἑαρί-
δαις σῶμα γυναικῆον, ἆι ὄνομα Λαμία, τὸ γένος ἐκ τᾶς χώρας, τιμᾶς ἀρ-
γυρίου μνᾶν πέντε ἐπ᾽ ἐλευθερίαι. βεβαιωτῆρα κατέστασε Σύμμα-
χον Εὐρυδάμου Δάρδιον. τὰν ὠνὰν φυλάσσει Ἀνδρόλαος Λυκίσ-
κου Ῥάδεος. μάρτυροι Στομᾶς Ἀγήσωνος, Ἀλέξων Ἀριστάρχου, Λέων
vac. Μικκία Φιλωταιεῖς, Ἀλκίας Λυκίσκου, Νικόστρατος Ἀρίσ-
vac. τωνο *v* ς Ῥάδεοι. *vacat*

3 in. ΥΣΔΣ || 3 med. Ἱε(ρό)μνα(σ)τος Hiller || 3 fin. ΤΔΙ || 6 med. ΚΔΙ || 9—12 per medios versus laesura lapidis || 9 med. ΓΕΝΕΔ || 10 in. ΚΔΙ || 12 fin. ΜΡΤΥΡΟΙ || 18 fin. ΤΟΣ certissime legitur; desideratur sane ταῖς || 24. in. post litteram quartam laesura lapidis.

a V. 1 Cum formae litterarum exiens saec. III indicare videantur, intellegenda est prima praetura Stratonis I Arsinoënsis = a. 213/2, cf. ad nr. 28 (de praetore Stratone II Arsinoënsi cf. ad nr. 36_1). 3 Ἰδαῖος· scilicet idem ethnicum, quod audit ceteroquin Εἰδαῖος, cf. ad nr. 107_5. — De Syria Venere vide ad nr. 95_2. 5 sc. ἓξ μνᾶν. 12 Notabile est hic propter formam βεβαιωτῆρες (cf. ad nr. 95_4) nomina auctorum casu nominativo, non quo debebant accusativo posita esse, cf. etiam nr. $131_{5\cdot6}$. 15 Θεσστιεῖς· cf. ad nr. 30_6. — Νεοπολίτας· ethnicum ignotum.

b V. 17 Quia ex litteratura verisimillimum est patrem Dorimachi esse eundem Stratonem atque praetorem tituli *a*, apparet titulum *b* priori saec. II parti esse assignandum. De agonotheta cf. ad nr. 36_1. 18 Φιλωταιεύς· hoc ethnicum adhuc ignotum erat, scilicet est oppidi a nescio quo Macedone conditi ac denominati (Hiller). — τᾶι Ματέρι τῶν θεῶν καὶ τᾶι Παρθένοι· hae deae coniunctae exstant etiam nr. 105 et 110; eas in eodem fano atque Syriam Venerem cultas esse et locus, ubi hi tituli inventi sunt, et additamentum ἐν Ἑαρίδαις (pro Ἰαρίδαις) probant, cf. ad nr. 95_2. Magnae Matris in Aetolia cultae nullum adhuc exstabat testimonium, cf. de Keitz De Aet. - - sacris 15. Quae dea sit ἁ Παρθένος, nimirum incertum est; eam, cum cultus Magnae Matris Phistyum invassisset, huic adiunctam esse ad exemplum Proserpinae probabiliter conicit Wilamowitz, atque revera Phrygiam deam saepe Cereri aequatam esse satis constat (Gruppe *Gr. Mythol.* 1169), ita ut Proserpina etiam Κυβελήια Κούρη nominata inveniatur (cf. etiam Eur. Hel. 1301 sqq.; Gruppe l. c. 1169 not. 7. 1542 not. 1). 19 Λαμία· cf. Bechtel *H. P.* 553. 21 Δάρδιος· ethnicum ignotum; exstat etiam nr. 99_{12} (Δάρδεος). Conferendum est ethnicum Illyricum Δαρδάνιος (Δάρδεος: Δαρδάνιος = Ῥάδεος: Ῥαδάνιος, cf. ad v. 22). 22 Ῥάδεος· ethnicum ignotum (cf. nr. 108_8), sed vide ethnicum Ῥαδάνιος hieromnemonis Aetolorum Syll.[3] 538 A_8 (cf. ad v. 21). — Στομᾶς· huius avus fortasse hieromnemo cognominis Aetolorum ἄ. Νικαΐδα = a. 253/2, Syll.[3] 444 *C*. 23 Νικόστρατος Ἀρίστωνος Ῥάδεος· idem μάρτυς manumissionis ca. med. saec. II, nr. 108_8.

97 Thermi in museo (inv. nr. 35). Saxum murale, quod una cum undecim aliis a. 1908 a Soteriade in vico Κρύο Νερό in fano Syriae Veneris inventum est, a. 0,285, l. max. 0,66, cr. max. 0,33; titulus non per totam longitudinem saxi scriptus est, sed a sinistra pars vacua, non laevigata exstat. Litt. alt. c. 0,015, interv. vers. c. 0,004; Α et Α Ε Ν Ξ Π Σ et Σ Υ et Υ Φ, litterae in posterioribus versibus minores et magis magisque coartatae. Exscripsi. *Ect.*

Ἀγαθᾶι τύχαι. στραταγέοντος Νι-
κάνδρου τοῦ Βίττου Τριχονίου τὸ πρῶτον,
ἀρχόντων δὲ ἐπὶ πόλιος ἐν Φιστύοι Ἀγή-
σωνος, Νεάνδρου, Τιμαίου Φιστύων,
μηνὸς Λαφριαίου ἀπέδοντο Εὔαρχος, Νι-
κιάδας, Δικαιόπολις, Ἀρχέπολις, Ἀγησίπο-

λιϲ Βουκατιεῖϲ Ἀφροδείται τᾶι ἐξ Ἱαριδᾶν Φιϲ-
τυΐδι ϲῶμα γυναικεῖον, ἇι ὄνομα Βεβαία, τὸ
γένοϲ οἰκογενήϲ, ἐπ' ἐλευθερίαι τιμᾶϲ ἀρ-
γυρίου ΠΜ. βεβαιωτῆρεϲ κατέϲταϲε κατὰ τὸν νό-
μον Ἀγήταν Ψυλλίωνοϲ Βουκατιῆ, Ἀγήϲωνα Φαλακρί-
ωνοϲ Φίϲτυον. μάρτυροι *v* Τίμαιοϲ, Φάλακροϲ, Ἀγήϲανδροϲ,
Νέανδροϲ Φίϲτυοι, Φιλόξενοϲ, Ἀγήϲων, Ἀνδρίων, Δάμαρχοϲ,
Ἀγήϲων *v v* Βουκατιεῖϲ, Δαμόκριτοϲ Φιλωταιεύϲ, Δρωπίνα
vac. Πελήιοϲ.

